Quas tibi, Domine, opéribus mánuum nostrárum offérimus hóstias, sancti Joseph interpósito suffrágio, pignus fácias nobis unitátis et pacis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ST. JOSEPH

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in festivitáte beáti Joseph débitis magnificáre præcóniis, benedícere et prædicáre. Qui et vir justus, a te Deíparæ Vírgini Sponsus est datus: et fidélis servus ac prudens, super Famíliam tuam est constitútus: ut Unigénitum tuum, Sancti Spíritus obumbratióne concéptum, patérna vice custodíret, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súpplíci confessiône dicéntes:

COMMUNION Matthew 13: 54, 55

Unde huic sapiéntia hæc et virtútes? Nonne hic est fabri fílius? Nonne mater ejus dicitur María? Allelúja.

POSTCOMMUNION

Hæc sancta quæ súmpsimus, Dómine: per intercessióne beati Joseph, et operatióne nostram cómpleant, et præmia confírment. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit

May the works of our hands, that we offer Thee in sacrifice, O Lord, become for us, by the intercession of blessed Joseph, a pledge of unity and peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: and that we should with due praise magnify, bless, and proclaim Thee on the Feast of blessed Joseph; who being a just man, was given by Thee as Spouse to the Virgin Mother of God, and, as a faithful and prudent servant, was set over Thy Family, that with fatherly care he might guard Thine only-begotten Son, conceived by the overshadowing of the Holy Spirit, even Jesus Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee, saying:

How came this man by this wisdom and miracles? Is not this the carpenter's son? Is not His mother called Mary? Alleluia.

May these holy mysteries which we have received, O Lord, by the intercession of blessed Joseph, supply what is wanting in our works, and assure us of Thy rewards. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives

plebe ejus. Et iterum: Laudáte omnes gentes Dóminum: et magnificáte eum omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit radix Jesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétiis in spe, et virtúte Spíritus Sancti.

GRADUAL Psalms 49: 2, 3, 5

Ex Sion spécies decóris ejus: Deus manifesté véniet. Congregáte illi sanctos ejus, qui ordinavérunt testaméntum ejus super sacrificia.

LESSER ALLELUIA Psalms 121: 1

Allelúja, allelúja. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúja.

GOSPEL Matthew 11: 2-10

In illo témpore: Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus? Et respóndens Jesus, ait illis: Eúntes renuntiáte Joánni quæ audístis, et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur: et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, cœpit Jesus dícere ad turbas de Joáanne: Quid existis in desértum vidére? arúndinem vento agitátam? Sed quid existis vidére? hóminem móllibus vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid existis vidére? prophétam? Étiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Ángelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

And again He saith: Rejoice, ye Gentiles, with His people. And again: Praise the Lord, all ye Gentiles, and magnify Him, all ye people. And again, Isaias saith: There shall be a root of Jesse; and He that shall rise up to rule the Gentiles, in Him the Gentiles shall hope. Now the God of hope fill you with all joy and peace in believing: that you may abound in hope, and in the power of the Holy Spirit.

Out of Sion, the loveliness of His beauty: God shall come manifestly. Gather ye together His Saints to Him, who have set His covenant before sacrifices.

Alleluia, alleluia. I rejoiced at the things that were said to me: We shall go unto the house of the Lord. Alleluia.

At that time, when John had heard in prison the works of Christ, sending two of his disciples, he said to Him: Art thou He that art to come, or look we for another? And Jesus, making answer, said to them: Go and relate to John what you have heard and seen. The blind see, the lame walk, the lepers are cleansed, the deaf hear, the dead rise again, the poor have the gospel preached to them: and blessed is he that shall not be scandalized in Me. And when they went their way, Jesus began to say to the multitudes concerning John: What went you out into the desert to see? A reed shaken with the wind? But what went you out to see? A man clothed in soft garments? Behold they that are clothed in soft garments are in the houses of kings. But what went you out to see? A prophet? Yea I tell you, and more than a prophet. For this is he of whom it is

OFFERTORY Psalms 84: 7, 8

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te: osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

SECRET

Placáre, quæsumus, Dómine, humilitátis nostræ précibus et hóstiis: et ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisiisti: cujus véritas instrúeret íncios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infírmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Baruch 5: 5; 4: 36

Jerúsalem, surge, et sta in excélsó, et vide jucunditátem, quæ véniet tibi a Deo tuo.

written: Behold, I send my Angel before Thy face, who shall prepare Thy way before Thee.

Thou wilt turn, O God, and bring us to life, and Thy people shall rejoice in Thee: show us, O Lord, Thy mercy, and grant us Thy salvation.

Be appeased, we beseech Thee, O Lord, by the prayers and sacrifices of our humility: and where no pleadings of merit suffice, do Thou, by Thine aid, assist us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Arise, O Jerusalem, and stand on high, and behold the joy that cometh to thee from Thy God.

Colossians 3: 14-15, 17, 23-24

Fratres: Caritátem habéte, quod est vínculum perfectiúnis, et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore, et grati estóte. Omne quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias ágétes Deo et Patri per ipsum. Quodcúmque fáctis, ex ánimo operámini sicut Dómino, et non homínibus, sciétes quod a Dómino accipiétis retributió nem hereditátis. Dómino Christo servíte.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. De quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos, et ero protéctor eórum semper. Allelúja. Fac nos innócuam, Joseph, decúrre vitam: sitque tuo semper tuta patrocínio. Allelúja.

GOSPEL Matthew 13: 54-58

In illo témpore: Véniens Jesus in pátriam suam, docébat eos in synagógis eórum, ita ut miraréntur et dicerent: Unde huic sapiéntia hæc et virtútes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur María, et fratres ejus Jacóbus et Joseph et Simon et Judas? Et soróres ejus nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic ómnia ista? Et scandalizabúntur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est prophéta sine honóre nisi in pátria sua et in domo sua. Et non fecit ibi virtútes multas propter incredulitátem illórum.

OFFERTORY Psalms 87: 17

Bónitas Dómini Dei nostri sit super nos, et opus mánuum nostrárum secúnda nobis, et opus mánuum nostrárum secúnda. Allelúja.

SECRET

Brethren: Have charity, which is the bond of perfection. And let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Him. Whatsoever you do, do it from the heart, as to the Lord, and not to men: knowing that you shall receive of the Lord the reward of inheritance. Serve ye the Lord Christ.

Alleluia, alleluia. In whatever tribulation they shall cry to me, I will hear them and be their protector always. Alleluia. Make us, Joseph, to lead an innocent life: and may it ever be preserved by thy patronage. Alleluia.

At that time, Jesus coming into His country, He taught them in their synagogues, so that they wondered and said: How came this man by this wisdom and miracles? Is not this the carpenter's son? Is not His mother called Mary, and His brethren James, and Joseph, and Simon, and Jude: and His sisters, are they not all with us? Whence therefore hath He all these things? And they were scandalized in His regard. But Jesus said to them: A prophet is not without honour, save in his own country, and in his own house. And He wrought not many miracles there, because of their unbelief.

Let the brightness of the Lord our God be upon us, and direct Thou the works of our hands over us; yea, the work of our hands do Thou direct. Alleluia.

POSTCOMMUNION

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: ut, qui. Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus; per passiónem ejus et cruce[m], ad resurrectiÓnis glóriam perducámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

MAY 1, ST. JOSEPH THE WORKER
MASS *Sapiéntia réddidit* (white)

INTROIT Wisdom 10: 17

Sapiéntia réddidit justis mercédem labórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili, et fuit illis in velaménto diéi et in luce stellárum per noctem. Allelúja, allelúja. (Ps. 126: 1) Nisi Dóminus ædificáverit domum, in vanum labórant qui ædificant eam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sapiéntia réddidit justis mercédem labórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili, et fuit illis in velaménto diéi et in luce stellárum per noctem. Allelúja, allelúja.

COLLECT

Rerum cónditor Deus, qui legem labóris humáno géneri statuísti: concéde propítius; ut, sancti Joseph exémplo et patrocínio, ópera perficiámus quæ præcipis, et præmia consequámur quæ promíttis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE

Pour forth, we beseech Thee, O Lord, Thy grace into our hearts: that we, to whom the Incarnation of Christ Thy Son was made known by the message of an Angel, may by His Passion and Cross be brought to the glory of the Resurrection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(If this feast falls on a Sunday, the Sunday is commemorated.)

Wisdom rendered to the just the wages of their labors, and conducted them in a wonderful way: and she was to them for a covert by day, and for the light of stars by night. Alleluia, alleluia. (Ps. 126: 1) Unless the Lord build the house, they labor in vain that build it. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Wisdom rendered to the just the wages of their labors, and conducted them in a wonderful way: and she was to them for a covert by day, and for the light of stars by night. Alleluia, alleluia.

O God, Creator of all things, Who dost impose on man the law of work; grant in Thy goodness that, by the example and patronage of blessed Joseph, we may both accomplish the work Thou dost command and attain the reward Thou hast promised. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

POSTCOMMUNION

Repleti cibo spirituális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut hujus participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere et amáre cæléstia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

THIRD SUNDAY OF ADVENT

Mass *Gaudéte* (rose)

INTROIT Philippians 4: 4-6

Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestra innotéscant apud Deum.

COLLECT

Aurem tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda: et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiÓnis illústra: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Philippians 4: 4-7

Fratres, Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus

Filled with the food of spiritual nourishment, we humbly entreat Thee, O Lord, that by our partaking of this Mystery, Thou wouldst teach us to despise the things of earth, and to love those of heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(This is one of only two Sundays when rose vestments may be worn.)

Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God.

Incline Thine ear, we beseech Thee, O Lord, to our petitions: and, by the grace of Thy visitation, enlighten the darkness of our minds. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: The Lord is nigh.

prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéncias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 79: 2, 3

Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam et veni. Qui regis Israël, inténde: Qui dedúcis velut ovem Joseph.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Excíta Dómine poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. Allelúja.

GOSPEL John 1: 19-28

In illo témpore: Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdótes et levítas ad Joánnem ut interrogárent eum: Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit, et conféssus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum: Quid ergo? Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías prophéta. Et qui missi fúerant erant ex pharisæis. Et interrogavérunt eum, et dixerunt ei: Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque prophéta? Respóndit eis Joánnes, dicens: Ego baptízo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est: qui ante me factus est cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Jordánem, ubi erat Joánnes baptízans.

Be nothing solicitous: but in everything, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasses all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus our Lord.

Thou, O Lord, that sits upon the Cherubim, stir up Thy might and come. Give ear, O Thou that rules Israel: that leads Joseph like a sheep.

Alleluia, alleluia. Stir up, O Lord, Thy might, and come to save us. Alleluia.

At that time the Jews sent from Jerusalem priests and levites to John, to ask him: Who art thou? And he confessed: I am not the Christ. And they asked him: What then? Art thou Elias? And he said: I am not. Art thou the Prophet? And he answered: No. They said therefore unto him: Who art thou, that we may give an answer to them that sent us? He said: I am the voice of one crying in the wilderness, Make straight the way of the Lord, as said the Prophet Isaías. And they that were sent were of the Pharisees. And they asked him, and said to him: Why then dost thou baptize, if thou be not Christ, nor Elias, nor the Prophet? John answered them, saying: I baptize with water: but there hath stood one in the midst of you, whom you know not. The same is He that shall come after me, who is preferred before me: the latchet of whose shoe I am not worthy to loose. These things were done in Bethania, beyond the Jordan, where John was baptizing.

OFFERTORY Luke 1: 28, 42

Ave, Maria, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

SECRET

In méntibus nostris, quaesumus, Dómine, veræ fidei sacraménta confírma: ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitémur; per ejus salutíferæ resurrectiόνis poténtiam, ad ætérnam mereámur pervenire lætítiam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beátæ Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénite, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

COMMUNION Isaiah 7: 14

Ecce. Vírgo concípíet et páriet fílium: et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

Behold the handmaid of the Lord: be it done to me according to thy word.

Hail, Mary, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women and blessed is the fruit of thy womb.

Strengthen in our minds, we beseech Thee, O Lord, the mysteries of the true faith; that we who confess Him who was conceived of a Virgin to be true God and man, may deserve by the power of His saving resurrection to attain to eternal happiness. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Behold a virgin shall conceive, and bear a Son, and His Name shall be called Emmanuel.

tuam. (Ps. 44: 13, 10) Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: filiæ regum in honóre tuo. (Ps. 44: 15-16) Adducántur Regi Vírgines post eam: próxímæ ejus afferéntur tibi. Adducántur in lætítia et exsultatióne: adducántur in templum Regis.

GOSPEL Luke 1: 26-38

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David. et nomen Vírginis María. Ei ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus: et cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce, concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David, patris ejus: et regnábít in domo Iacob in aetérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce, Elísabeth, cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

desired thy beauty. (Ps. 44: 13, 10) All the rich shall entreat thy countenance: the daughters of kings in thine honor. (Ps. 44: 15-16) After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee. They shall be brought with gladness and rejoicing: they shall be brought into the temple of the King.

At that time: And in the sixth month, the angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, To a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying and thought with herself what manner of salutation this should be. And the angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God. Behold thou shalt conceive in thy womb and shalt bring forth a son: and thou shalt call his name Jesus. He shall be great and shall be called the Son of the Most High. And the Lord God shall give unto Him the throne of David His father: and He shall reign in the house of Jacob for ever. And of His kingdom there shall be no end. And Mary said to the angel: How shall this be done, because I know not man? And the angel answering, said to her: The Holy Ghost shall come upon thee and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God. And behold thy cousin Elizabeth, she also hath conceived a son in her old age: and this is the sixth month with her that is called barren. Because no word shall be impossible with God. And Mary said:

OFFERTORY Psalms 84: 2-3

Benedixísti, Dómine, terram tuam; avertísti captivitátem Jacob: remisísti iniquitátem plebis tuæ.

SECRET

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia júgiter immolétur: quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabíliter operétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hómínium géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisísti: cujus véritas instrúeret íncios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Isaiah 35: 4

Dícite: pusillánimes confortámini, et nolíte tímere: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

POSTCOMMUNION

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut hæc divína subsidia, a vítiis

Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob: Thou hast forgiven the iniquity of Thy people.

May the sacrifice of our devotion, we beseech Thee, O Lord, be always offered unto Thee: that it may both fulfill the end for which Thou didst institute this sacred mystery, and wonderfully work in us Thy salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Say, ye faint-hearted, take courage and fear not: behold our God will come, and will save us.

We implore, O Lord, Thy mercy: that these divine helps may expiate our

expiátos ad festa ventúra nos
præparent. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sæcula
sæculórum.

FOURTH SUNDAY OF ADVENT
MASS *Rorate cæli* (violet)

INTROIT Isaiah 45: 8

Rorate cæli désuper, et nubes pluunt
justum: aperiátur terra, et gérmínet
Salvatórem. (Ps. 18: 2) Cæli enarrant
glóriam Dei: et opera mánuum ejus
annúntiat firmaméntum. Glória Patri et
Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in
princípio, et nunc, et semper, et in
sæcula sæculórum. Amen. Rorate cæli
désuper, et nubes pluunt justum:
aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

COLLECT

Excíta, quæsumus, Dómine, poténtiam
tuam, et veni: et magna
nobis virtúte succúrre; et per auxiliúm
grátiae tuæ, quod nostra peccáta
præpédiunt, indulgéntia tuæ
propitiatiónis accéleret: Qui vivis et
regnas, cum Deo Patre in unitáte
Spíritus Sancti, Deus, per ómnia
sæcula sæculórum.

EPISTLE I Corinthians 4: 1-5

Fratres: Sic nos existimet homo ut
minístris Christi, et dispensatóres
mysteriórum Dei. Hic jam quæritur
inter dispensatóres, ut fidélis quis
inveniátur. Mihi autem pro mínimo
est, ut a vobis júdicer aut ab humáno
die: sed neque meípsum júdico. Nihil
enim mihi cónscius sum: sed non in

sins, and prepare us for the
approaching feast. Through our Lord
Jesus Christ, Thy Son, who lives and
reigns with Thee in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.

Drop down dew, ye heavens, from
above, and let the clouds rain the Just:
let the earth be opened and bud forth a
Savior. (Ps. 18: 2) The heavens show
forth the glory of God: and the
firmament declares the work of His
hands. Glory be to the Father, and to
the Son, and to the Holy Spirit, as it
was in the beginning, is now, and ever
shall be, world without end. Amen.
Drop down dew, ye heavens, from
above, and let the clouds rain the Just:
let the earth be opened and bud forth a
Savior.

O Lord, we beseech Thee, stir up Thy
power, and come, and with great might
succor us: that by the help of Thy grace
that which is hindered by our sins may
be hastened by Thy merciful
forgiveness. Who lives and reigns with
God the Father in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Let a man so account of us
as of the ministers of Christ and the
dispensers of the mysteries of God.
Here now it is required among the
dispensers that a man be found faithful.
But to me it is a very small thing to be
judged by you or by man's day: but
neither do I judge my own self. For I am

Spíritui Sancto, sicut erat in princípío,
et nunc, et semper, et in sæcula
sæculórum. Amen. Vultum tuum
deprecabúntur omnes dívites plebis:
adducéntur Regi Vírgines post eam:
próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia
et exsultatióne.

COLLECT

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis
útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte,
carnem suscipere voluisti: præsta
supplícibus tuis; ut, qui vere eam
Genetrícem Dei crédimus, ejus apud te
intercessiúnibus adjuvémur. Per
eúndem Dóminum nostrum Jesum
Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit
et regnat in unitáte Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isaiah 7: 10-15

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad
Achaz, dicens: Pete tibi signum a
Dómino, Deo tuo, in profúndum inférni,
sive in excélsis supra. Et dixit Achaz:
Non petam ei non tentábo Dóminum. Et
dixit: Audíte ergo, domus David:
Numquid parum vobis est, moléstos
esse homínibus, quia molésti estis et
Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus
ipse vobis signum. Ecce, Virgo
concípiet et páriet fílium, et vocábitur
nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel
cómedet, ut sciat reprobáre malum et
elígere bonum.

GRADUAL Psalms 44: 3, 5

Diffúsa est grátia in lábiis tuis:
propterea benedíxit te Deus in
ætérum. Propter veritátem et
mansuetúdinem et justítiam: et dedúcet
te mirabíliter dextera tua.

TRACT Psalms 44: 11, 12

Audi, filia, et vide, et inclína aurem
tuam: quia concupívit Rex speciem

Father, and to the Son, and to the Holy
Spirit, as it was in the beginning, is
now, and ever shall be, world without
end. Amen. All the rich among the
people shall entreat Thy countenance:
after her shall virgins be brought to the
King: her neighbors shall be brought to
Thee in gladness and rejoicing.

O God, who didst will that Thy Word
should take flesh, at the message of an
Angel, in the womb of the Blessed
Virgin Mary, grant to Thy suppliant
people, that we who believe her to be
truly the Mother of God, may be helped
by her intercession with Thee. Through
the same Jesus Christ, Thy Son, our
Lord, Who lives and reigns with Thee in
the unity of the Holy Spirit, God, forever
and ever.

In those days the Lord spoke to Achaz,
saying: Ask thee a sign of the Lord thy
God, either unto the depth of hell, or
unto the height above. And Achaz said:
I will not ask, and I will not tempt the
Lord. And He said: hear ye therefore, O
house of David: Is it a small thing for
you to be grievous to men, that you are
grievous to my God also? Therefore
the Lord Himself shall give you a sign.
Behold a Virgin shall conceive and bear
a Son, and His Name shall be called
Emmanuel. He shall eat butter and
honey, that He may know to refuse the
evil, and to choose the good.

Grace is poured abroad in thy lips;
therefore hath God blessed thee
forever. Because of truth and
meekness, and justice; and thy right
hand shall conduct thee wonderfully.

Hearken, O daughter, and see, incline
thy ear: for the King hath greatly

Deíparæ Vírgini Sponsus est datus: et fidélis servus ac prudens, super Famíliam tuam est constitútus: ut Unigénitum tuum, Sancti Spíritus obumbratióne concéptum, patérna vice custodíret, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

COMMUNION Matthew 1: 20

Joseph, fili David, noli timére accípere Mariám cónjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. *(in Paschal time: Allelúja.)*

POSTCOMMUNION

Adésto nobis, quæsumus, miséricors Deus: et, intercedénte pro nobis beáto Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

MARCH 25, ANNUNCIATION OF THE BVM

MASS *Vultum tuum* (white)

INTROIT Psalms 44: 13, 15-16

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi Vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia et exsultatióne. (Ps. 44: 2) Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Fílio et

Joseph; who being a just man, was given by Thee as Spouse to the Virgin Mother of God, and, as a faithful and prudent servant, was set over Thy Family, that with fatherly care he might guard Thine only-begotten Son, conceived by the overshadowing of the Holy Ghost, even Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife: for that which is born in her is of the Holy Ghost. *(in Paschal time: Alleluia.)*

Stand by us, we beseech Thee, O merciful God, and by the intercession of blessed Joseph the Confessor, mercifully preserve Thy gifts within us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(If the feast falls on Passion Sunday, it is celebrated on the following Monday. If it falls in Holy or Easter week it is celebrated on the Monday after Low Sunday.)

All the rich among the people shall entreat Thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee in gladness and rejoicing. (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the

hoc justificátus sum: qui autem júdicat me, Dóminus est. Ítaque nolite ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus: qui et illuminábit abscondita tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicuíque a Deo.

GRADUAL Psalms 144: 18, 21

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum ejus.

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia. Veni, Dómine, et noli tardáre: reláxa facínora plebis tuæ Israél. Allelúia.

GOSPEL Luke 3: 1-6

Anno quintodécimo impérii Tibérii Cæsarís, procuránte Póntio Piláto Judæam, tetrárcha autem Galilææ Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturææ et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdotum Anna et Cáípha: factum est verbum Dómini super Joánnem, Zacharíæ fillium, in desérto. Et venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptísmum pœniténtiæ in remissionem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ prophétæ: Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini: rectas fácite sémitas ejus: omnis vallis implébitur: et omnis mons et collis humiliábitur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: et vidébit omnis caro salutáre Dei.

OFFERTORY Luke 1: 28, 42

Ave María, grátia plena: Dóminus

not conscious to myself of anything: yet am I not hereby justified, but He that judges me is the Lord. Therefore judge not before the time, until the Lord come: Who both will bring to light the hidden things of darkness, and will make manifest the counsels of the hearts: and then shall every man have praise from God.

The Lord is nigh unto all them that call upon Him: to all that call upon Him in truth. My mouth shall speak the praise of the Lord: and let all flesh bless His Holy Name.

Alleluia, alleluia. Come, O Lord, and tarry not: forgive the sins of Thy people Israel. Alleluia.

Now in the fifteenth year of the reign of Tiberius Caesar, Pontius Pilate being governor of Judea, and Herod being tetrarch of Galilee, and Philip his brother tetrarch of Iturea and the country of Trachonitis, and Lysanias tetrarch of Abilina, under the high priests Annas and Caiphas: the word of the Lord was made unto John, the son of Zachary, in the desert. And he came into all the country about the Jordan, preaching the baptism of penance for the remission of sins, as it was written in the book of the sayings of the Isaias the prophet: A voice of one crying in the wilderness: Prepare ye the way of the Lord, make straight His paths: every valley shall be filled: and every mountain and hill shall be brought low, and the crooked shall be made straight, and the rough ways plain: and all flesh shall see the salvation of God.

Hail Mary, full of grace: the Lord is with

tecum: benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.

SECRET

Sacrificiis præséntibus, quæsumus, Dómine, placátus inténde: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisisti: cujus véritas instrúeret inscios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlgét liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Isaiah 7: 14

Ecce virgo concípiet et páriet fílium: et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

POSTCOMMUNION

Sumptis munéribus, quæsumus, Dómine: ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salútis efféctus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

thee: blessed art thou among women, and blessed is the fruit of thy womb.

O Lord, we beseech Thee, look down favorably upon these present Sacrifices: that they may profit us both unto devotion and salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Behold a Virgin shall conceive and bear a Son: and His name shall be called Emmanuel.

Having received Thy gifts, we beseech Thee, O Lord: that as we frequent this Mystery, so the world of our salvation may advance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

germinabit sicut liliū: et florebit in ætérnum ante Dominum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 1: 18-21

Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Joseph autem, vir ejus, cum esset justus et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimítere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce, Ángelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timére accípere Mariám cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium, et vocábis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum fáciat pópulum suum a peccátis eórum.

OFFERTORY Psalms 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (*in Paschal time: Allelúja.*)

SECRET

Débitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, supplíciter exorátes: ut, suffrágiis beáti Joseph, Sponsi Genetrícis Fílii tui Jesu Christi, Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris, ob cujus venerándam festivitátem laudis tibi hóstias immolámus. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ST. JOSEPH

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Veneratióne beáti Joseph débitis magnificáre præcóniis, benedícere et prædicáre. Qui et vir justus, a te

spring as the lily; and shall flourish for ever before the Lord. Alleluia.

When Mary the mother of Jesus was espoused to Joseph, before they came together, she was found with child of the Holy Ghost. Whereupon Joseph her husband, being a just man and not willing publicly to expose her, was minded to put her away privately. But while he thought on these things, behold the Angel of the Lord appeared to him in his sleep, saying: Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife: for that which is conceived in her is of the Holy Ghost. And she shall bring forth a Son, and thou shalt call His name Jesus: for He shall save His people from their sins.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted. (*in Paschal time: Alleluia.*)

We render unto Thee, O Lord, the duty of our service, humbly entreating Thee to preserve Thine own gifts within us through the prayers of blessed Joseph, Spouse of the Mother of Thy Son Jesus Christ our Lord, on whose holy festival we offer to Thee this sacrifice of praise. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: and that we should with due praise magnify, bless, and proclaim Thee on the Feast of blessed

non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 45: 1-6

Diléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ et disciplínæ.

(In Paschal time, the Gradual and Tract are replaced by the Greater Alleluia.)

GRADUAL Psalms 20: 4-5

Dómine, prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluja. Justus

that what we cannot obtain of ourselves, may be given to us through his intercession: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Beloved of God and men, whose memory is in benediction. He made him like the Saints in glory, and magnified him in the fear of his enemies, and with his words he made prodigies to cease. He glorified him in the sight of kings, and gave him commandments in the sight of his people, and showed him His glory. He sanctified him in his faith and meekness, and chose him out of all flesh. For He heard him and his voice, and brought him into a cloud. And He gave him commandment before His face, and a law of life and instruction.

(In Paschal time, the Gradual and Tract are replaced by the Greater Alleluia.)

Lord, Thou has prevented him with blessings of sweetness: Thou hast set on his head a crown of precious stones. He asked life of Thee, and Thou hast given him length of days for ever and ever.

Blessed is the man that fears the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remains for ever and ever.

Alleluia, alleluia. The Lord loved him, and adorned him; He clothed him with a robe of glory. Alleluia. The just shall

CHRISTMASTIDE:

CHRISTMAS DAY (1st / Midnight)
MASS *Dóminus dixit* (gold or white)

INTROIT Psalms 2: 7

Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie genui te. (Ps. 2: 1) Quare fremuérunt gentes: et pópuli meditáti sunt inánia? Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie genui te.

COLLECT

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne claréscere: da, quæsumus; ut, cujus lucis mystéria in terra cognóvimus, ejus quoque gáudiis in cælo perfruámur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Titus 2: 11-15

Caríssime: Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Jesu Christi: qui dedit semetípsum pro nobis: ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Hæc lóquere, et exhortáre: in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 109: 3, 1

Tecum princípium in die virtútis tuæ: in splendóribus sanctórum, ex útero ante

(Contains the "twelve days of Christmas" – 12/25-01/05 – and the former Octave of Epiphany – 01/06-01/13.)

The Lord hath said to me: Thou art My Son, this day have I begotten Thee. (Ps. 2: 1) Why have the Gentiles raged, and the people devised vain things? Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord hath said to me: Thou art My Son, this day have I begotten Thee.

O God, who hast made this most holy night to shine forth with the brightness of the true Light: grant, we beseech Thee, that we, who have known the mystery of His light on earth, may attain the enjoyment of His happiness in heaven. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: The grace of God our Savior hath appeared to all men, instructing us, that, denying ungodliness and worldly desires, we should live soberly and justly and godly in this world, looking for the blessed hope and coming of the glory of the great God and our Savior Jesus Christ: Who gave Himself for us, that He might redeem us from all iniquity, and might cleanse to Himself a people acceptable, a pursuer of good works. These things speak and exhort: in Christ Jesus our Lord.

With Thee is the principality in the day of Thy strength: in the brightness of the

lucíferum génuí te. Dixit Dóminus Dómíno meo: Sede a dextris meis: donec ponam inimícos tuos, scabéllum pedum tuórum.

LESSER ALLELUIA Psalms 2: 7

At that time Jesus spoke this parable to the multitudes: The kingdom of heaven is likened to a man that sowed good seed in his field. But while men were asleep, his enemy came and oversowed cockle among the wheat, and went his way. And when the blade was sprung up and had brought forth fruit, then appeared also the cockle. And the servants of the good man of the house coming, said to him: Sir, didst thou not sow good seed in thy field? Whence then hath it cockle? And he said to them: An enemy hath done this. And the servants said to him: Wilt thou that we go and gather it up? And

colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

OFFERTORY Psalms 117: 16, 17

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me: non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini.

SECRET

Hostas tibi, Domine, placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum.

COMMUNION Luke 5: 22

Mirabantur omnes de his, quae procedebant de ore Dei.

POSTCOMMUNION

Quaesumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cujus per haec mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum.

SIXTH SUNDAY AFTER EPIPHANY

MASS *Adorate Deum* (green)

INTROIT Psalms 96: 7, 8

Adorate Deum, omnes Angeli ejus: audivit, et laetata est Sion: et exultaverunt filiae Judae. (Ps. 96: 1) Dominus regnavit, exultet terra: laetentur insulae multae. Gloria Patri et

he said: No, lest perhaps, gathering up the cockle, you root up the wheat also together with it. Suffer both to grow until the harvest, and in the time of the harvest I will say to the reapers: Gather up first the cockle and bind it into bundles to burn, but the wheat gather ye into my barn.

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

We offer unto Thee, O Lord, the sacrifice of propitiation, that Thou may of Thy mercy absolve us from our sins, and Thyself direct our inconstant heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

May Thy gifts, O God, detach us from earthly pleasures, and ever strengthen us with heavenly refreshment. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced. (Ps. 96: 1) The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad.

nostrum Jesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi.

GRADUAL Psalms 122: 1, 7

Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis.

LESSER ALLELUIA Psalms 101: 16

Alleluja, alleluja. Timebunt gentes nomen tuum, Domine: et omnes reges terrae gloriam tuam. Alleluja.

GOSPEL Matthew 9: 1-8

In illo tempore: Ascendens Jesus in naviculam, transfretavit, et venit in civitatem suam. Et ecce offerbant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphematur. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge et ambula? Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: "Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum suam. Et surrexit, et abiit in domum suam. Videntes autem turbae timuerunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

OFFERTORY Exodus 24: 4, 5

Sanctificavit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta, et immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorem suavitatis Domino Deo, in conspectu filiorum Israel.

manifestation of our Lord Jesus Christ, Who will also confirm you into the end without crime, in the day of the coming of our Lord Jesus Christ.

I rejoiced at the things that were said to me: We shall go into the house of the Lord. Let peace be in thy strength, and abundance in the towers.

Alleluia, alleluia. The Gentiles shall fear Thy Name, O Lord: and all the kings of the earth Thy glory. Alleluia.

At that time, Jesus entering into a boat, passed over the water and came into His own city. And behold they brought Him one sick of the palsy lying on a bed and Jesus seeing their faith, said to the sick man of the palsy: Be of good heart, son, thy sins are forgiven thee. And behold some of the Scribes said within themselves: He blasphemeth. And Jesus seeing their thoughts, said: Why do you think evil in your hearts? whether is it easier to say: Thy sins are forgiven thee or to say: Arise and walk? But that you may know that the Son of Man hath power on earth to forgive sins (then said He to the man sick of the palsy): Arise, take up thy bed, and go into thy house. And he rose, and went into his house. And the multitude seeing it, feared, and glorified God, who had given such power to men.

Moses consecrated an altar to the Lord, offering upon it holocausts, and sacrificing victims: he made an evening sacrifice to the Lord God for an odor of sweetness, in the sight of the children of Israel.

Deus, et vítia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EIGHTEENTH SUNDAY AFTER
PENTECOST**

MASS *Da pacem* (green)

INTROIT Ecclesiasticus 36: 18

Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur exáudi preces servi tui et plebis tuæ Israël. (Ps. 121: 1) Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur exáudi preces servi tui et plebis tuæ Israël.

COLLECT

Dírigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operatio: quia tibi sine te placére non pòssumus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 1: 4-8

Fratres, Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu: quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia: sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, exspectántibus revelatiónem Dómini

God, may our vices be healed, and may eternal remedies be available unto us. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel. (Ps. 121: 1) I rejoiced at the things that were said to me: we shall go into the house of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel.

Let the exercise of Thy compassion, we beseech Thee, O Lord, direct our hearts: for without Thee we are not able to please Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I give thanks to my God always for you, for the grace of God that is given you in Jesus Christ, that in all things you are made rich in Him in all utterance and in all knowledge, as the testimony of Christ was confirmed to you so that nothing is wanting to you in any grace, waiting for the

Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Adoráte Deum, omnes Ángeli ejus: audivit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt fíliæ Judæe.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut semper rationabilia meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Thessalonians, 1: 2-10

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratióibus nostris sine intermissiõe, mémores óperis fidei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntem, fratres, dilécti a Deo, electiõem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermõne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatiõe multa, cum gáudio Spíritus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Achája. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Achája, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem intróitum habuérimus ad vos: et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre

Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that ever pondering on reasonable things, we may accomplish, both in words and works, that which is pleasing in Thy sight. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, We give thanks to God always for you all, making a remembrance of you in our prayers without ceasing, being mindful of the work of your faith and labor and charity, and of the enduring of the hope of our Lord Jesus Christ before God and our Father: knowing, brethren beloved of God, your election: for our Gospel hath not been unto you in word only, but in power also, and in the Holy Spirit, and in much fullness, as you know what manner of men we have been among you for your sakes. And you became followers of us and of the Lord, receiving the word in much tribulation, with joy of the Holy Spirit: so that you were made a pattern to all that believe in Macedonia and in Achaia. For from you was spread abroad the word of the Lord, not only in Macedonia and in Achaia, but also in every place your faith, which is towards God, is gone forth, so that we need not to speak any thing. For they themselves relate of us what manner of entering in we had unto you; and how you turned to God from idols to serve the living and true God,

Fílium ejus de cælis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

GRADUAL Psalms 101: 16-17

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in majestáte sua.

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia. Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

GOSPEL Matthew 13: 31-35

In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum cælórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimus quidem est ómnibus semínibus: cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres cæli véniant et hábitent in ramis ejus. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum cælórum fermentó, quod accéptum múlier abscóndit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum. Hæc ómnia locútus est Jesus in parábolis ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem: Apériam in parábolis os meum, eructábo abscóndita a constitutióne mundi.

OFFERTORY Psalms 117: 16, 17

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

SECRET

Hæc nos oblátio, Deus, mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet et prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum

and to wait for His Son from heaven (Whom He raised from the dead), Jesus, who hath delivered us from the wrath to come.

The Gentiles shall fear Thy Name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. For the Lord hath built up Sion: and He shall be seen in His glory.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned, let the earth rejoice, let many islands be glad. Alleluia.

At that time Jesus spoke to the multitudes this parable: The kingdom of heaven is like to a grain of mustard seed, which a man took and sowed in his field: which is the least indeed of all seeds but when it is grown up, it is greater than all herbs and becomes a tree, so that the birds of the air come and dwell in the branches thereof. Another parable He spoke to them: The kingdom of heaven is like to leaven, which a woman took and hid in three measures of meal, until the whole was leavened. All these things Jesus spoke in parables to the multitudes: and without parables He did not speak to them: that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: I will open my mouth in parables, I will utter things hidden from the foundation of the world.

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

May this offering O Lord, we beseech Thee, cleanse and renew us, guide and protect us. Through our Lord Jesus

máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic: Díliges próximum tuum sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet et prophétæ. Congregátis autem pharisæis, interrogávit eos Jesus, dicens: Quid vobis vidétur de Christo? cujus fílius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quómodo ergo David in spírítu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum? Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodo fílius ejus est? Et nemo póterat ei respóndere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogáre.

OFFERTORY Daniel 9: 17, 18, 19

Orávi Deum meum ego Daniel, dicens: Exáudi, Dómine, preces servi tui: illúmina fáciem tuam super sanctuárium tuum: et propítius inténde pópulum istum, super quem invocátum est nomen tuum, Deus.

SECRET

Majestátem tuam, Dómine, suppliciter deprecámur: ut hæc sancta, quæ gérimus, et a prætéritis nos delíctis éxuant, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 75: 12, 13

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro omnes, qui in circúitu ejus affértis múnera: terríbili, et ei qui aufert spírítum princípum: terríbili apud omnes reges terræ.

POSTCOMMUNION

Sanctificatióne tuis, omnípotens

whole mind. This is the greatest and the first commandment. And the second is like to this: Thou shalt love thy neighbor as thyself. On these two commandments depends the whole law and the prophets: And the Pharisees being gathered together, Jesus asked them, saying: What think you of Christ, whose son is He? They say to Him: David's. He saith to them: How then doth David, in spirit, call Him Lord, saying: The Lord said to My Lord: Sit on my right hand until I make Thine enemies Thy footstool? If David then call Him Lord, how is He his son? And no man was able to answer Him a word; neither durst any man, from that day forth, ask Him any more questions.

I, Daniel, prayed to my God, saying: Hear, O Lord, the prayers of Thy servant; show Thy face upon Thy sanctuary, and favorably look down upon this people upon whom Thy name is invoked, O God.

We humbly entreat Thy Majesty, O Lord, that these holy mysteries which we celebrate may set us free both from past and future sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Vow ye, and pray to the Lord your God, all you that round about Him bring presents: to Him who is terrible, to Him who takes away the spirit of princes: terrible among all the kings of the earth.

By Thy sanctifying gifts, O almighty

COLLECT

Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo diabólica vitæ contágia: et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 4: 1-6

Fratres: Óbsecro vos ego vincetus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte, et mansuetúidine, cum paciéntia, supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis. Unum corpus, et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ. Unus Dóminus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater ómnium, qui est super omnes, et per omnia, et in ómnibus nobis. Qui est benedictus in sæcula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalms 32: 12, 16

Beáta gens, cujus est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

LESSER ALLELUIA Psalms 101: 2

Allelúja, allelúja. Dómine, exáudi oratióne meam: et clamor meus ad te perveniat. Allelúja.

GOSPEL Matthew 22: 34-46

In illo témpore: Accésserunt ad Jesum pharisæi: et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est

mercy.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that Thy people may shun all the wiles of the devil: and with pure mind follow Thee, the only God. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I, a prisoner of the Lord, beseech you that you walk worthy of the vocation in which you are called. With all humility and mildness, with patience, supporting one another in charity, careful to keep the unity of the Spirit in the bond of peace. One body and one spirit, as you are called in one hope of your calling, One Lord, one faith, one baptism. One God and Father of all, Who is above all, and through all, and in us all, who is blessed for ever and ever. Amen.

Blessed is the nation whose God is the Lord: the people whom He hath chosen for His inheritance. By the word of the Lord the heavens were established and all the power of them by the spirit of His mouth.

Alleluia, alleluia. O Lord, hear my prayer and let my cry come to Thee. Alleluia.

At that time the Pharisees came to Jesus, and one of them, a doctor of the law, asked Him, tempting Him: Master, which is the great commandment of the law? Jesus said to him: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy

Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 5: 22

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

POSTCOMMUNION

Cæléstibus, Dómine, pasti delíciis: quæsumus: ut semper éadem, per quæ veráciter vivimus, appetámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRE-LENT:**SEPTUAGESIMA SUNDAY**

MASS *Circumdedérunt me* (violet)

INTROIT Psalms 17: 5-7

Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. (Ps 17: 2-3) Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam.

COLLECT

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui juste pro peccátis nostris affligimur, pro tui

Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

Being fed, O Lord, with heavenly delights, we beseech Thee, that we may ever hunger after things by which we truly live. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Pre-Lent, sometimes named Septuagesima, after its first Sunday, contains the three Sundays before Ash Wednesday. The Glória is not said again until Easter.)

The sorrows of death surrounded me, the sorrow of hell encompassed me: and in my affliction I called upon the Lord, and He heard my voice from His holy Temple. (Ps. 17: 2-3) I will love Thee, O Lord, my strength: the Lord is my firmament, my refuge, and my deliverer. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The sorrows of death surrounded me, the sorrow of hell encompassed me: and in my affliction I called upon the Lord, and He heard my voice from His holy Temple.

Graciously hear, we beseech Thee, O Lord, the prayers of Thy people, that we who are justly afflicted for our sins,

nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

EPISTLE

1 Corinthians 9: 24-27; 10: 1-5

Fratres: Nescítis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant; nos autem incorruptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum: sic pugno, non quasi áërem vérberans: sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo: ne forte cum áliis prædicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube, et in mari: et omnes eámdem escam spiritalém manducavérunt, et omnes eúndem potum spiritalém bibérunt (bibébant autem de spiritali, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus:) sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

GRADUAL Psalms 9: 10,11,19, 20

Adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne: sperent in te, qui novérunt te: quóniam non derelínquis quæréntes te, Dómine. Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: patiéntia páuperum non períbit in ætérnum: exsúrge, Dómine, non præváleat homo.

TRACT Psalms 129: 1-4

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiónem

may be mercifully delivered by Thy goodness, for the glory of Thy name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Know you not that they that run in the race, all run indeed, but one receiveth the prize? So run that you may obtain. And everyone that striveth for the mastery refraineth himself from all things: and they indeed that they may receive a corruptible crown; but we an incorruptible one. I therefore so run, not as at an uncertainty; I so fight, not as one beating the air; but I chastise my body, and bring it into subjection, lest perhaps when I have preached to others, I myself should become a castaway. For I would not have you ignorant, brethren, that our fathers were all under the cloud, and all passed through the sea, and all in Moses were baptized, in the cloud and in the sea: and did all eat the same spiritual food, and all drank the same spiritual drink: (and they drank of the spiritual rock that followed them: and the rock was Christ). But with most of them God was not well pleased.

A helper in due time in tribulation: let them trust in Thee who know Thee; for Thou has not forsaken them that seek Thee, O Lord. For the poor man shall not be forgotten to the end: the patience of the poor shall not perish for ever: arise, O Lord, let no man prevail.

Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. Let Thine ears be attentive to the prayer of Thy

réspice.

SECRET

Munda nos, quæsumus, Dómine, sacrificii præsentis efféctu, et pérfice miserátus in nobis; ut ejus mereámur esse partícipes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

COMMUNION Psalms 70: 16-18

Dómine, memorábor justítie tuæ solíus: Deus, docuísti me a juventúte mea: et usque in senéctam et sénium: Deus, ne derelínquas me.

POSTCOMMUNION

Purífica, quæsumus, Dómine, mentes nostras benígnus, et rénova cæléstibus sacraméntis: ut consequénter et córporum præsens páriter, et futúrum capiámus auxiliúm Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

SEVENTEENTH SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS Justus es, Dómine (green)

INTROIT Psalms 118: 137, 124

Justus es, Dómine, et rectum júdicium tuum: fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen. Justus es, Dómine, et rectum júdicium tuum: fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam.

Cleanse us, we beseech Thee, O Lord, by the virtue of the present Sacrifice, and, in Thy mercy, provide that we may be worthy to be partakers therein. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, I will be mindful of Thy justice alone: Thou hast taught me, O God, from my youth, and unto old age and gray hairs, O God, forsake me not.

In Thy goodness, we beseech Thee, O Lord, purify and renew our minds by these heavenly Sacraments: that, by means of them, we may also receive help for our bodies, both now and in time to come. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou art just, O Lord, and Thy judgment is right: deal with Thy servant according to Thy mercy. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou art just, O Lord, and Thy judgment is right: deal with Thy servant according to Thy

Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in majestáte sua. Allelúja, allelúja. (Ps. 97: 1) Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit Dóminus. Alleluia.

GOSPEL Luke 14: 1-11

In illo témpore: Cum intráret Jesus in domum cujúsdam princípis pharisæórum sabbáto manducáre panem, at ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus, dixit ad legisperítos et pharisæos, dicens: Si licet sabbáto curare? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsus sanávit eum, ac dimísit. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum ásinus, aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sabbáti? Et non póterant ad hæc respondére illi. Dicébat autem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitátus fúeris ad nuptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te, et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi: Amice, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exaltábitur.

OFFERTORY Psalms 39: 14, 15

Dómine, in auxiliúm meum réspice: confundántur et revereántur, qui quærunnt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliúm meum

glory. For the Lord hath built up Sion, and He shall be seen in His majesty. Alleluia, alleluia. (Ps. 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle, because the Lord hath done wonderful things. Alleluia.

At that time, when Jesus went into the house of one of the chiefs of the Pharisees on the sabbath day to eat bread, they watched Him. And behold, there was a certain man before Him who had the dropsy: and Jesus answering, spoke to the lawyers and the Pharisees, saying: Is it lawful to heal on the sabbath day? But they held their peace: but He taking him, healed him, and sent him away. And answering them, He said: Which of you shall have an ass or an ox fall into a pit, and will not immediately draw him out on the sabbath day? And they could not answer Him these things. And He spoke a parable also to them that were invited, marking how they chose the first seats at the table, saying to them: When thou art invited to a wedding, sit not down in the first place, lest perhaps one more honorable than thou be invited by him; and he that invited thee and him come and say to thee: Give this man place: and then thou begin with shame to take the lowest place. But when thou art invited, go, sit down in the lowest place: that when he who invited thee comes, he may say to thee: Friend, go up higher. Then shalt thou have glory before them that sit at table with thee: because every one that exalts himself shall be humbled, and he that humbled himself shall be exalted.

Look down, O Lord, to help me; let them be confounded and ashamed that seek after my soul to take it away; look down, O Lord, to help me.

servi tui. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? Quia apud te propitiátio est, et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

GOSPEL Matthew 20: 1-16

In illo témpore: Dixit Jesus discípuulis suis parábolam hanc: Simile est regnum cælórum hómimi patrifámilias, qui éxiit primo mane conducére operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denáριο diúrno, misit eos in víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otíosos, et dixit illis: Ite et vos in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam: et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otíosi? Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis: Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri suo: Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitráti sunt quod plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patremfámilias, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi et æstus. At ille respóndens uni eórum, dixit: Amice, non fácio tibi injúriam: nonne ex denáριο convenísti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi

servant. If Thou, O Lord, wilt mark iniquities: O Lord, who shall abide it? For with Thee there is merciful forgiveness, and by reason of Thy law I have waited for Thee, O Lord.

At that time Jesus spoke to his disciples this parable: The kingdom of heaven is like to an householder who went out early in the morning to hire laborers into his vineyard. And having agreed with the laborers for a penny a day, he sent them into his vineyard. And going out about the third hour, he saw others standing in the market place idle, and he said to them: Go you also into my vineyard, and I will give you what shall be just. And they went their way. And again he went out about the sixth and the ninth hour: and did in like manner. But about the eleventh hour he went out and found others standing, and he said to them: Why stand you here all the day idle? They say to him: Because no man has hired us. He said to them: Go you also into my vineyard. And when evening was come, the lord of the vineyard said to his steward: Call the laborers and pay them their hire, beginning from the last even to the first. When therefore they were come that came about the eleventh hour, they received every man a penny. But when the first also came, they thought that they should receive more: and they also received every man a penny. And receiving it they murmured against the master of the house, saying: These last have worked but one hour, and thou hast made them equal to us that have borne the burden of the day and the heats. But he answering said to one of them: Friend, I do thee no wrong: did thou not agree with me for a penny? Take what is thine and go thy way: I will also give to this

novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

OFFERTORY Psalms 91: 2

Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

SECRET

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsq;e suscéptis: et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 30: 17-18

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericórdia: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

POSTCOMMUNION

Fidéles tui, Deus, per tua dona firméntur: ut éadem et percipiénd;e requírant, et quæréndo sine fine percípiant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

SEXAGESIMA SUNDAY

MASS *Exsúrge* (violet)

INTROIT Psalms 43: 23-26

Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatióem nostram? adhæsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádjuva nos, et líbera nos. (Ps 43: 2)

last even as to thee. Or, is it not lawful for me to do what I will? Is thy eye evil, because I am good? So shall the last be first, and the first last. For many are called, but few chosen.

It is good to give praise to the Lord, and to sing to Thy name, O most High.

Having received our offerings and prayers, we beseech Thee, O Lord, cleanse us by these heavenly mysteries, and graciously hear us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Make Thy face to shine upon Thy servant, and save me in Thy mercy: let me not be confounded, O Lord, for I have called upon Thee.

May Thy faithful people, O Lord, be strengthened by Thy gifts: that by partaking of them, they may continue to seek after them, and by seeking them, they may partake of them without end. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Arise, why sleepest Thou, O Lord? arise, and cast us not off to the end. Why turnest Thou Thy face away, and forgettest our trouble? our belly hath cleaved to the earth: arise, O Lord, help us and deliver us. (Ps. 43: 2) We have

pauper sum ego. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princíp;io, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

COLLECT

Tua nos, quæsumus, Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 3: 13-21

Fratres, Óbsecro vos, ne deficiátis in tribulatióibus meis pro vobis: quæ est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritaté radicáti, et fundáti, ut possítis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, at sublím;itas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plentúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intelligimus, secúndum virtútem, quæ operátur in nobis: ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Jesu, in omnes generatiónes sæculi sæculórum, Amen.

GRADUAL Psalms 101: 16, 17

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

poor. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all the day; for Thou, O Lord, art sweet and mild, and plenteous in mercy to all that call upon Thee.

May Thy grace, we beseech Thee, O Lord, ever go before us and follow us: and make us continually to be intent upon good works. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I pray you not to faint at my tribulations for you, which are your glory. For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of whom all paternity in heaven and earth is named, that He would grant you, according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man, That Christ may dwell by faith in your hearts; that being rooted and founded in charity, you may be able to comprehend with all the saints, what is the breadth, and the length, and height, and depth. To know also the charity of Christ, which surpasses all knowledge; that you may be filled unto all the fullness of God. Now to Him Who is able to do all things more abundantly than we desire or understand, according to the power that works in us: to Him be glory in the Church, and in Christ Jesus, unto all generations, forever and ever. Amen.

The gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy

surréxit in nobis: et quia Deus visitávit plebem suam.

OFFERTORY Psalms 39: 2, 3, 4

Exspéctans exspectávi Dóminum, et respéxit me: et exaudívit deprecaciónem meam, et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

SECRET

Tua nos, Dómine, sacraménta custódiant: et contra diabólicos semper tueántur incúrsus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

COMMUNION John 6: 52

Panis, quem ego dédero, caro mea est pro sǣculi vita.

POSTCOMMUNION

Mentes nostras et córpora possídeat, quǣsumus, Dómine, doni cǣléstis operátio: ut non noster sensus in nobis, sed júgiter ejus prǣveníat efféctus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

SIXTEENTH SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Miserére mihi* (green)

INTROIT Psalms 85: 3, 5

Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te. (Ps.85: 1) Inclina, Dómine, auram tuam mihi, et exaudi me: quoniam inops, et

there came a fear on them all: and they glorified God, saying: A great prophet is risen up among us, and God has visited His people.

With expectation I have awaited for the Lord, and He hath had regard to me; and He heard my prayer, and He put a new canticle into my mouth, a song to our God.

May Thy Sacraments, O Lord, be our safeguard, and ever defend us against the attacks of the evil one. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The bread that I will give is My Flesh for the life of the world.

May the efficacy of the heavenly Gift, we beseech Thee, O Lord, possess our minds and bodies: so that its effects, and not our own impulses, may ever prevail in us. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all the day; for Thou, O Lord, art sweet and mild, and plenteous in mercy to all that call upon Thee. (Ps. 85: 1) Bow down Thine ear to me, O Lord, and hear me for I am needy and

Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. Glória Patri et Fílio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sǣcula sǣculórum. Amen. Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatiónem nostram? adhǣsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádjuva nos, et líbera nos.

COLLECT

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concéde propítius; ut contra advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

EPISTLE

2 Corinthians 11: 19-33; 12: 1-9

Fratres: Libénter suffértis insipiéntes: cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigat, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit. Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiéntia dico) áudeo et ego. Hebræi sunt, et ego: Israélitæ sunt, et ego: Semen Abrahæ sunt, et ego: Ministri Christi sunt (ut minus sápiens dico) plus ego: in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Judæis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui: in itinéribus sæpe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génere, perículis ex géntibus, perículis in

heard, O God, with our ears: our fathers have declared to us. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Arise, why sleepest Thou, O Lord? arise, and cast us not off to the end. Why turnest Thou Thy face away, and forgettest our trouble? Our belly hath cleaved to the earth: arise, O Lord, help us and deliver us.

O God, who seest that we put not our trust in any thing that we do: mercifully grant that by the protection of the Doctor of the Gentiles we may be defended against all adversities. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, You gladly suffer the foolish: whereas yourselves are wise. For you suffer if a man bring you into bondage, if a man devour you, if a man take from you, if a man be lifted up, if a man strike you on the face. I speak according to dishonor, as if we had been weak in the past. Wherein if any man dare (I speak foolishly), I dare also. They are Hebrews, so am I. They are Israelites, so am I. They are the seed of Abraham, so am I. They are the ministers of Christ (I speak as one less wise), I am more: in many more labors, in prisons more frequently, in stripes above measure, in deaths often. Of the Jews five times did I receive forty stripes save one. Thrice was I beaten with rods, once I was stoned, thrice I suffered shipwreck, a night and a day I was in the depth of the sea: in

civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore et aerumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis, in frigore et nuditate: praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? Si gloriari oportet: quae infirmitatis meae sunt, gloriabor. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in saecula, scit quod non mentior. Damasci praepositus gentis Aretae regis, custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: et per fenestram in porta dimissus sum per murum, et sic effugi manus ejus. Si gloriari oportet (non expedit quidem), veniam autem ad visiones, et revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium caelum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradisum, et audivit arcana verba, quae non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam, et si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me: et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

journeying often, in perils of waters, in perils of robbers, in perils from my own nation, in perils from the Gentiles, in perils in the city, in perils in the wilderness, in perils in the sea, in perils from false brethren: in labor and painfulness, in much watching, in hunger and thirst, in fastings often, in cold and nakedness; besides those things which are without, my daily instance, the solicitude for all the Churches. Who is weak, and I am not weak? who is scandalized, and I am not on fire? If I must needs glory, I will glory of the things that concern my infirmity. The God and Father of Our Lord Jesus Christ, who is blessed for ever, knoweth that I lie not. At Damascus the governor of the nation under Aretas, the king, guarded the city of the Damascenes to apprehend me: and through a window in a basket was I let down by the wall, and so escaped his hands. If I must glory (it is not expedient indeed) but I will come to visions and revelations of the Lord. I know a man in Christ above fourteen years ago, whether in the body I know not, or out of the body, I know not, God knoweth, such a one caught up to the third heaven. And I know such a man, whether in the body or out of the body, I know not, God knoweth: that he was caught up unto paradise, and heard secret words which it is not granted to man to utter. For such a one I will glory: but for myself I will glory nothing but in my infirmities. For though I should have a mind to glory, I shall not be foolish: for I will say the truth: but I forbear, lest any man should think of me above that which he seeth in me, or anything he heareth from me. And lest the greatness of the revelations should exalt me, there was given me a sting of my flesh, an angel of Satan, to buffet

semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat, in omnibus bonus. Nolite errare: Deus non irridetur. Quae enim seminaverit homo, haec et metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

GRADUAL Psalms 91: 2, 3

Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo. Altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

LESSER ALLELUIA Psalms 94: 3

Alleluja, alieluja. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnem terram. Alleluja.

GOSPEL Luke 7: 11-16

accused by the chief priests and ancients, He answered nothing. Then Pilate saith to Him: **S.** Dost not Thou hear how great testimonies they allege against Thee? **C.** And He answered to him never a word, so that the governor wondered exceedingly. Now upon the solemn day the governor was accustomed to release to the people one prisoner, whom they would. And he had then a notorious prisoner that was called Barabbas. They therefore being gathered together, Pilate said: **S.** Whom will you that I release to you: Barabbas, or Jesus that is called Christ? **C.** For he knew that for envy they had delivered Him. And as he was sitting in the place of judgment his wife sent to him, saying: **S.** Have thou nothing to do with that just man, for I have suffered many things this day in a dream because of Him. **C.** But the chief priests and ancients persuaded the people that they should ask Barabbas, and make Jesus away. And the governor answering, said to them: **S.** Whither will you of the two to be released unto you? **C.** But they said: **S.** Barabbas. **C.** Pilate saith to them: **S.** What shall I do then with Jesus that is called Christ? **C.** They all call: **S.** Let Him be crucified. **C.** The governor said to them: **S.** Why, what evil hath He done? **C.** But they cried out the more, saying: **S.** Let Him be crucified. **C.** And Pilate seeing that he prevailed nothing, but that rather a tumult was made, taking water washed his hands before the people, saying: **S.** I am innocent of the blood of this just man; look you to it. **C.** And the whole people answering, said: **S.** His blood be upon us and upon our children. **C.** Then he released to them Barabbas, and having scourged Jesus, delivered Him unto them to be

sum ego: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea, Deus meus. (Ps. 24: 1, 2) Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Respice in me, et miserere mei, Domine, quoniam unicus, et pauper sum ego: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea, Deus meus.

COLLECT

Protector in te sperantium, Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut, te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

EPISTLE I Peter 5: 6-11

Carissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, et vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide: scientes eamdem passionem ei, quae in mundo est, vestrae fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, et imperium in saecula saeculorum. Amen.

GRADUAL Psalms 54: 23, 17, 19

See my abjection and my labor and forgive me all my sins, O my God. (Ps. 24: 1, 2) To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, my God, I put my trust: let me not be ashamed. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Look Thou upon me, O Lord, and have mercy on me: for I am alone and poor. See my abjection and my labor and forgive me all my sins, O my God.

O God, the Protector of those who put their trust in Thee, without whom nothing is strong, nothing is holy: multiply upon us Thy mercy, that with Thee as our ruler, and guide, we may so pass through things temporal, that we may not lose those which are eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly Beloved, Be you humbled under the mighty hand of God, that He may exalt you in the time of visitation; casting all your care upon Him, for He hath care of you. Be sober and watch, because your adversary, the devil, as, a roaring lion, goeth about seeking whom he may devour. Whom resist ye, strong in faith; knowing that the same affliction befalls your brethren who are in the world. But the God of all grace, Who hath called us unto His eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will Himself perfect you, and confirm you, and establish you. To Him be glory and empire for ever and ever, Amen.

nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE SACRED HEART

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui Unigénitum tuum, in Cruce pendéntem, láncea militis transfígi voluísti: ut apértum Cor, divínæ largitátis sacrárium, torréntes nobis fúnderet miseratiónis et grátix: et, quod amóre nostri flagráre numquam déstitit, piis esset réquies et pœniténtibus patéret salutis refúgium. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus cumque omni milítia cæléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION John 19: 34

Unus militum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua.

POSTCOMMUNION

Præbeant nobis, Dómine Jesu, divínum tua sancta fervórem: quo dulcíssimi Cordis tui suavitate percépta; discámus terréna despícere, et amáre cæléstia: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

THIRD SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Réspice in me* (green)

INTROIT Psalms 24: 16-18

Réspice in me, et miserére mei, Dómine, quóniam únicus, et pauper

offenses. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Whose will it was that Thine only-begotten Son, while hanging on the Cross, should be pierced by the soldier's lance: that the Heart thus opened should, as from a well of divine bounty, pour over us streams of mercy and of grace: and that the Heart which never ceased to burn with love for us, should be for the devout a haven of rest and for the penitent an open refuge of salvation. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to Thy glory, evermore saying:

One of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water.

May Thy holy Mysteries, O Lord Jesus, impart to us divine fervor: wherein we may taste the sweetness of Thy most loving Heart, and learn to despise what is earthly and love what is heavenly: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Look Thou upon me, O Lord, and have mercy on me: for I am alone and poor.

bíbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nóluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes: ut implerétur, quod dictum est per Prophétam dicentem: Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam: Hic est Jesus Rex Judæórum. Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes: unus a dextris et unus a sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes: **S.** Vah, qui déstruis templum Dei, et in tríduo illud reædíficas: salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. **C.** Simíliter et príncipes sacerdotum illudéntes cum scribis et senióriibus, dicébant: **S.** Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere: si Rex Israël est, descéndat nunc de cruce, et crédimus ei: confidit in Deo: líberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Fílius Dei sum. **C.** Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens: **J.** Eli, Eli, lamma sabachtháni? **C.** Hoc est: **J.** Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? **C.** Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant: **S.** Elíam vocat iste. **C.** Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant: **S.** Sine, videámus an véniat Elías líberans eum. **C.** Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. *(Hic genuflectitur, et pausat aliquantulum.)* Et ecce velum templi scissum est in

crucified. Then the soldiers of the governor, taking Jesus into the hall, gathered together unto Him the whole band; and stripping Him they put a scarlet cloak about Him. And plating a crown of thorns they put it upon His head and a reed in His right hand. And bowing the knee before Him, they mocked Him, saying: **S.** Hail, King of the Jews. **C.** And spitting upon Him, they took the reed and struck His head. And after they had mocked Him, they took off the cloak from Him, and put on Him His own garments, and led Him away to crucify Him. And going out, they found a man of Cyrene, named Simon; him they forced to take up His cross. And they came to the place that is called Golgotha, which is, the place of Calvary. And they gave Him wine to drink mingled with gall; and when He had tasted He would not drink. And after they had crucified Him, they divided His garments, casting lots; that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: They divided My garments among them, and upon my vesture they cast lots. And they sat and watched Him. And they put over His head His cause written: This is Jesus the King of the Jews. Then were crucified with Him two thieves; one on the right hand and one on the left. And they that passed by blasphemed Him, wagging their heads, and saying: **S.** Vah, Thou that destroyest the temple of God and in three days dost rebuild it, save Thine own self. If Thou be the Son of God, come down from the cross. **C.** In like manner also the chief priests with the scribes and ancients, mocking, said: **S.** He saved others, Himself He cannot save; if He be the king of Israel, let Him now come down from the cross, and we will believe Him; He trusted in God, let Him now deliver

duas partes a summo usque deorsum: et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt: et multa córpora sanctórum, qui dormierant, surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiónem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centúrio autem et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terræmótu et his, quæ fiébant, timuérunt valde, dicéntes: **S.** Vere Fílius Dei erat iste. **C.** Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galilæa, ministrántes ei: inter quas erat María Magdaléne, et María, Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, qui et ipse discipulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit.

Him if He will have Him; for He said: I am the Son of God. **C.** And the self-same thing the thieves also that were crucified with Him reproached Him with. Now from the sixth hour there was a darkness over the whole earth, until the ninth hour. And about the ninth hour, Jesus cried out with a loud voice, saying: **J.** Eli, Eli, lamma sabacthani? **C.** That is: **J.** My God, My God, why hast Thou forsaken Me? **C.** And some that stood there and heard said: **S.** This man calleth Elias. **C.** And immediately one of them running took a sponge and filled it with vinegar and and gave Him to drink. And the others said: **S.** Let be; let us see whether Elias will come to deliver Him. **C.** And Jesus again crying with a loud voice, yielded up the ghost. *(Here all kneel and pause for a few moments.)* And behold the veil of the temple was rent in two from top even to the bottom; and the earth quaked and the rocks were rent; and the graves were opened, and many bodies of the saints that had slept arose, and coming out of the tombs after His resurrection, came into the holy city, and appeared to many. Now the centurion and they that were with him watching Jesus, having seen the earthquake and the things that were done, were sore afraid, saying: **S.** Indeed this was the Son of God. **C.** And there were there many women afar off, who had followed Jesus from Galilee, ministering unto Him: among whom was Mary Magdalen, and Mary the mother of James and Joseph, and the mother of the sons of Zebedee. And when it was evening, there came a certain rich man of Arimathea, named Joseph, who also himself was a disciple of Jesus. He went to Pilate and asked the body of Jesus. Then Pilate commanded that

Díriget mansúetos in judício, docébit mites vias suas.

LESSER ALLELUIA Matthew 11: 29

Allelúja, allelúja. Tóllite iugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis Corde, et inveniétis réquiem animábus vestris. Allelúja.

GOSPEL John 19: 31-37

In illo témpore: Judæi, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato, erat enim magnus dies ille sábbati, rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alteríus, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et íterum alia Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

OFFERTORY Psalms 68: 21

Impropérium exspectávi Cor meum et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni.

SECRET

Réspice, quæsumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Fílii tui caritátem: ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiátio delictórum. Per eúndem Dóminum

in the way. He will guide the mild in judgment: He will teach the meek His ways.

Alleluia, alleluia. Take my yoke upon you and learn from Me, because I am meek and humble of Heart: and you shall find rest to your souls. Alleluia.

At that time: The Jews (because it was the Parasceve), that the bodies might not remain upon the cross on the Sabbath day (for that was a great Sabbath day) besought Pilate that their legs might be broken, and that they might be taken away. The soldiers therefore came: and they broke the legs of the first, and of the other that was crucified with Him. But after they were come to Jesus, when they saw that He was already dead they did not break His legs. But one of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water. And he that saw it hath given testimony: and his testimony is true. And he knoweth that he saith true, that you may believe. For these things were done that the Scripture might be fulfilled: You shall not break a bone of Him. And again another Scripture saith: They shall look on Him whom they pierced.

My Heart hath expected reproach and misery; and I looked for one that would grieve together with me, but there was none: and for one that would comfort me, and I found none.

Have regard, we beseech Thee, O Lord, to the inexpressible love of the Heart of Thy beloved Son: so that what we offer may be a gift acceptable to Thee, and an expiation for our

nostris vulneráto peccátis, infinitos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris: concéde, quæsumus; ut, illi devótum pietátis nostræ præstántes obséquium, dignæ quoque satisfactiónis exhibeámus officium. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 3: 8-19

Fratres: Mihi, ómnium sanctórum mínimo, data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a sæculis in Deo, qui ómnia creávit: ut innotéscat principátibus et potestátibus in cæléstibus per Ecclésiám multifórmis sapiéntia Dei, secúndum præfinitiónem sæculórum, quam fecit in Christo Jesu, Dómino nostro, in quo habémus fidúciam et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Hujus rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis, secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritáte radicáti et fundáti, ut póssitis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublimitas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

GRADUAL Psalms 24: 8-9

Dulcis et rectus Dóminus: propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

wounded by our sins, dost mercifully vouchsafe to bestow upon us the boundless treasures of Thy love: grant, we beseech Thee, that we who now render Him the service of our devotion and piety, may also fulfill our duty of worthy satisfaction. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, To me, the least of all the Saints, is given this grace, to preach among the Gentiles the unsearchable riches of Christ: and to enlighten all men, that they may see what is the dispensation of the mystery which hath been hidden from eternity in God, who created all things: that the manifold wisdom of God may be made known to the principalities and powers in heavenly places through the Church, according to the eternal purpose which He made in Christ Jesus our Lord: in whom we have boldness and access with confidence by the faith of Him. For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of whom all paternity in heaven and earth is named, that He would grant you according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man, that Christ may dwell by faith in your hearts: that, being rooted and grounded in charity, you may be able to comprehend with all the Saints, what is the breadth and length, and height and depth: to know also the charity of Christ which surpasseth all knowledge, that you may be filled unto all the fullness of God.

The Lord is sweet and righteous: therefore He will give a law to sinners

the body should be delivered. And Joseph taking the body wrapt it up in a clean linen cloth, and laid it in his own new monument, which he had hewed out in a rock. And he rolled a great stone to the door of the monument and went his way.

My heart hath expected reproach and misery; and I looked for one that would grieve together with Me, but there was none: I sought for one that would comfort Me, and I found none; and they gave Me gall for My food, and in My thirst they gave Me vinegar to drink.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that the offering made in the presence of Thy majesty may both obtain for us the grace of devotion, and secure for us the effect of a blessed eternity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

OFFERTORY Psalms 68: 21-22

Impropérium exspectávit cor meum, et misériam: et sustínui qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

SECRET

Concéde, quæsumus, Dómine: ut óculos tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiúnis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte jubeas, deprecámur, súpplici confessiúnem dicéntes:

COMMUNION Matthew 26: 42

Pater, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas Tua.

POSTCOMMUNION

Per hujus, Dómine, operatióem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(If the palms were blessed immediately before this Mass, the celebrant, at the end of Mass, having given the blessing as usual, omits the Last Gospel and all return to the sacristy.

In other Masses without the blessing of palms, at the end of Mass the following Last Gospel is said as in the blessing of the palms.)

LAST GOSPEL Matthew 21: 1-9

In illo témpore: Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discípulos suos, dicens eis: Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam et pullum cum ea: sólvite et addúcite mihi: et si quis vobis áliquíd dixerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem: Dícite filiae Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt, sicut præcépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam et pullum: et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére tecérunt. Plúrima autem turba stravérunt

Father, if this chalice may not pass Me by, but I must drink it, then Thy will be done.

By the working of this sacrament, Lord, may our sins be purged away, and our just desires fulfilled. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

At that time, when Jesus drew nigh to Jerusalem, and was come to Bethphage, unto Mount Olivet, then He sent two disciples, saying to them: Go ye into the village that is over against you, and immediately you shall find an ass tied, and a colt with her; loose them and bring them to Me; and if any man shall say anything to you, say ye that the Lord hath need of them; and forthwith he will let them go. Now all this was done that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: Tell ye the daughter of Sion: Behold thy King cometh to thee meek, and sitting upon an ass, and a colt the foal of her that is used to the yoke. And the disciples going did as Jesus commanded them. And they brought the ass and the colt, and laid their garments upon them, and made Him sit

Dómine, convértere, et éripe ánimam meam: salvum me fac propter misericórdiam tuam.

SECRET

Oblátio nos, Dómine, tuo nómini dicánda purificet: et de die in diem ad cæléstis vitæ tránsferat actióem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 12: 6

Cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi, et psallam nómini Dómini altíssimi.

POSTCOMMUNION

Sumptis munéribus sacris, quæsumus, Dómine, ut cum frequentatióne mystérii crescat nostre salútis efféctus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

SACRED HEART OF JESUS

MASS *Cogitatiónes Cordis* (white)

INTROIT Psalms 32: 11, 19

Cogitatiónes Cordis ejus in generatiónes et generatióem: ut éruat a morte ánimas eórum et alat eos in fame. Exsultáte, justí, in Dómino, rectos decet collaudátio. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cogitatiónes Cordis ejus in generatiónes et generatióem: ut éruat a morte ánimas eórum et alat eos in fame.

COLLECT

Deus, qui nobis in Corde Fílii tui,

Turn to me, O Lord, and deliver my soul; O save me for Thy mercy's sake.

May the offering, to be dedicated to thy Name, O Lord, purify us, and day by day, change us to the living of a heavenly life. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I will sing to the Lord, who giveth me good things: and I will sing to the name of the Lord Most high.

We who have received the sacred gifts beseech Thee, O Lord, that by the frequenting of the mystery, the fruit of our salvation may increase. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(This feast occurs on the third Friday after Pentecost Sunday, rather than on a specific date. It is a Mass of the season.)

The thoughts of His Heart are from generation to generation: to save their souls from death, and to feed them in famine. Rejoice in the Lord, O ye just: praise becometh the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The thoughts of His Heart are from generation to generation: to save their souls from death, and to feed them in famine.

O God, who in the Heart of Thy Son,

quómodo caritas Dei manet in eo?
Filii mei, non diligamus verbo, neque
lingua, sed opere et veritate.

GRADUAL Psalms 119: 1, 2

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, et
exaudivit me. Dómine, líbera ánimam
meam a lábiis iníquis et a lingua
dolósa. Allelúja, allelúja. (Ps. 17: 2)
Dómine Deus meus, in te sperávi:
salvum me fac ex ómnibus
persequéntibus me, et líbera me.
Allelúja.

GOSPEL Luke 14: 16-24

In illo témpore: Dixit Jesus pharisæis
parábolam hanc: Homo quidam fecit
cœnam magnam, et vocávit multos. Et
misit servum suum hors cœnæ dícere
invitátis ut venírent, quia jam paráta
sunt ómnia. Et cœpérunt simul omnes
excusáre. Primus dixit ei: Villam emi, et
necesse hábeo exíre, et vidére illam:
rogo te, habe me excusátum. Et alter
dixit: Juga boum emi quinque, et eo
probáre illa: rogo te, habe me
excusátum. Et alius dixit: Uxórem duxi:
et ideo non possum veníre. Et revérsus
servus nuntiávit hæc dómno suo. Tunc
irátus paterfamílias, dixit servo suo: Exi
cito in pláteas, et vicos civitátis: et
páuperes, ac débiles, et cæcos, et
claudos introduc huc. Et ait servus:
Dómine, factum est ut imperásti, et
adhuc locus est. Et ait dóminus servo:
Exi in vias et sepes: et compélle
intráre, ut impleátur domus mea. Dico
autem vobis, quod nemo virórum
illórum, qui vocáti sunt, gustábit
cœnam meam.

OFFERTORY Psalms 6: 5

him, how doth the charity of God abide
in him? My little children, let us not love
in word nor in tongue, but in deed and
in truth.

In my trouble I cried to the Lord, and
He heard me. O Lord, deliver my soul
from wicked lips and a deceitful tongue.
Alleluia, alleluia. (Ps. 17: 2) O Lord, my
God, in Thee have I put my trust: save
me from all them that persecute me,
and deliver me. Alleluia.

At that time Jesus spoke to the
Pharisees this parable: A certain man
made a great supper, and invited many.
And he sent his servant, at the hour of
the supper, to say them that were
invited, that they should come, for now
all things were ready. And they began
all at once to make excuse. The first
said to him: I have bought a farm, and
must needs go out, and see it: I pray
thee hold me excused. And another
said: I have bought five yoke of oxen,
and I go to try them; I pray thee hold
me excused. And another said: I have
married a wife, and therefore I cannot
come. And the servant returning, told
these things to his lord. Then the
master of the house being angry, said
to his servant: Go out quickly into the
streets and lanes of the city, and bring
in hither the poor, and the feeble, and
the blind, and the lame. And the
servant said: Lord, it is done as thou
hast commanded, and yet there is
room. And the lord said to the servant:
Go out into the highways and hedges,
and compel them to come in, that my
house may be filled. But I say unto you,
that none of these men that were
invited shall taste of my supper.

vestiménta sua in via: álii autem
cædebant ramos de arbóribus, et
sternébant in via: turbæ autem, quæ
præcedébant et quæ sequebantur,
clamábant, dicéntes: Hosánna filio
David: benedíctus, qui venit in nómine
Dómini.

EASTERTIDE:

EASTER SUNDAY

MASS *Resurréxi* (gold or white)

INTROIT Psalms 138: 18, 5, 6

Resurréxi, et adhuc tecum sum,
allelúja: posuísti super me manum
tuam, allelúja: mirábilis facta est
sciéntia tua, allelúja, allelúja. (Ps. 138:
1, 2) Dómine, probásti me, et
cognovísti me: tu cognovísti sessiónem
meam, et resurrectionem meam.
Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto,
sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, et in sæcula sæculórum.
Amen. Resurréxi, et adhuc tecum sum,
allelúja: posuísti super me manum
tuam, allelúja: mirábilis facta est
sciéntia tua, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum
tuum, æternitátis nobis áditum, devícta
morte reserásti: vota nostra, quæ
præveniéndó aspirás, étiam adjuvándó
proséquere. Per eúndem Dóminum
nostrum Jesum Christum, Fílium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spirítus Sancti, Deus, per ómnia
sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 5: 7-8

Fratres: Expurgáte vetus ferméntum, ut
sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi.
Étenim Pascha nostrum immolátus est

thereon. And a very great multitude
spread their garments in the way, and
others cut boughs from the trees, and
strewed them in the way, and the
multitudes that went before and that
followed cried, saying: Hosanna to the
Son of David; Blessed is He that
cometh in the Name of the Lord.

*(Eastertide is the period of 50 days
from Easter through Pentecost.)*

I arose and am still with thee, alleluia:
Thou hast laid Thy hand upon me,
alleluia; Thy knowledge is become
wonderful, alleluia, alleluia. (Ps. 138: 1,
2) Lord, Thou hast searched me, and
known me; Thou knowest my sitting
down and my rising up. Glory be to the
Father and to the Son and to the Holy
Spirit, as it was in the beginning, is
now, and ever shall be, world without
end. Amen. I arose and am still with
thee, alleluia: Thou hast laid Thy hand
upon me, alleluia; Thy knowledge is
become wonderful, alleluia, alleluia.

O God, who on this day, through Thine
only-begotten Son, hast conquered
death, and thrown open to us the gate
of everlasting life, give effect by Thine
aid to our desires, which Thou dost
anticipate and inspire. Through the
same Jesus Christ, Thy Son, our Lord,
Who lives and reigns with Thee in the
unity of the Holy Spirit, God, forever
and ever.

Brethren, purge out the old leaven, that
you may be a new paste, as you are
unleavened: for Christ our Pasch is

Christus. Ítaque epulémur: non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ et nequitiæ: sed in ázymis sinceritátis et veritátis.

GRADUAL Psalms 117: 24, 1

Hæc dies quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus. Allelúja, allelúja. (1 Cor. 5: 7) Páscha nostrum immolátus est Christus.

SEQUENCE:

Victimæ pascháli laudes ímmolent Christiáni.
Agnus redémit oves:
Christus ínnocens Patri reconciliávit peccatóres.
Mors et vita duéllo conflixére mirándo:

Dux vitæ mórtuus, regnat vivus.

Dic nobis, María, quid vidisti in via?

Sepúlchrum Christi vivéntis: et glóriam vidí resurgéntis,
Angélicos testes, sudárium et vestes.

Surréxit Christus spes mea: præcédet vos in Galilæam.
Scimus Christum surrexisse a mórtuis vere: tu nobis, victor Rex, miserére.
Amen. Allelúja.

GOSPEL Mark 16: 1-7

In illo témpore: María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme, emérunt arómata ut veniéntes úngerent Jesum, Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicébant ad ívicem: Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti? Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introëntes in monuméntum vidérunt

sacrificed. Therefore let us feast, not with the old leaven, nor with the leaven of malice and wickedness, but with the unleavened bread of sincerity and truth.

This is the day which the Lord hath made: let us rejoice and be glad in it. Give praise unto the Lord, for He is good: for His mercy endureth for ever. Alleluia, alleluia. (1 Cor. 5: 7) Christ our Pasch is immolated.

Christians! to the Paschal Victim offer your praises.
The Lamb the sheep redeemeth:
Christ, sinless, reconcileth sinners to the Father.
Death and life contended in that conflict stupendous:
The Prince of Life, Who died, reigneth alive.
Speak to us, Mary, what thou sawest on your way?
"The tomb of Christ who now liveth: and likewise the glory of the Risen.
Angels attesting, the shroud and napkin resting.
Christ my hope is arisen: to Galilee He goeth before you."
We know that Christ is risen truly from the dead: have mercy on us, Thou Victor King. Amen. Alleluia.

At that time, Mary Magdalen, and Mary the mother of James, and Salome brought sweet spices, that coming they might anoint Jesus. And very early in the morning, the first day of the week, they came to the sepulcher, the sun being now risen. And they said one to another: Who shall roll us back the stone from the door of the sepulcher? And looking back, they saw the stone

SECOND SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Factus est* (green)

INTROIT Psalms 17: 19-20

Factus est Dóminus protéctor meus, et edúxit me in latitúdinem: salvum me fecit, quóniam vóluit me. (Ps. 17: 2, 3)
Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Factus est Dóminus protéctor meus, et edúxit me in latitúdinem: salvum me fecit, quóniam vóluit me.

COLLECT

Sancti nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum: quia nunquam tua gubernatióne destítutis quos in soliditate tuæ dilectiónis instituis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 John 3: 13-18

Caríssimi, nolíte mirári, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam translátí sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit: et nos debémus pro frátribus animas pónere. Qui habúerit substántiam hujus mundi, et víderit fratrem suum necessitátem habére, et cláuserit víscera sua ab eo:

The Lord became my protector, and He brought me forth into a large place: he saved me, because He was well pleased with me. (Ps. 17. 2, 3) I will love Thee, O Lord my strength: the Lord is my firmament, and my refuge, and my deliverer. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord became my protector, and He brought me forth into a large place: he saved me, because He was well pleased with me.

Make us, O Lord, to have alike a fear and a love of Thy holy Name in perpetuity: for Thou dost never deprive of Thy guidance those whom Thou dost establish steadfastly in Thy love. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, wonder not if the world hate you. We know that we have passed from death to life, because we love the brethren. He that loveth not, abideth in death. Whosoever hateth his brother is a murderer: and you know that no murderer hath eternal life abiding in himself. In this we have known the charity of God, because He hath laid down His life for us: and we ought to lay down our lives for the brethren. He that hath the substance of this world, and shall see his brethren in need, and shall shut up his bowels from

meum sanguínem, in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in ætérnum.

OFFERTORY Leviticus 21: 6

Sacerdótes Dómini incénsus et panes offerunt Deo: et ídeo sancti erunt Deo suo, et non pólluent nomen ejus, allelúja.

SECRET

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, unitátis et pacis propítius dona concéde: quæ sub oblátis munéribus mýstice designántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION

1 Corinthians 11: 26-27

Quotiescúmque manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat: itaque quicúmque manducáverit panem vel bíberit calicem Dómini indígne, reus erit córporis et sanguínis Dómini, allelúja.

POSTCOMMUNION

Fac nos, quæsumus, Dómine, divinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri: quam pretiósi corporis et sanguinis tui temporális percéptio præfigúrat: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

drinketh My Blood, abideth in Me, and I in him. As the living Father hath sent Me, and I live by the Father, so he that eateth Me, the same also shall live by Me. This is the bread that came down from Heaven. Not as your fathers did eat manna and are dead. He that eateth this Bread shall live for ever.

The priests of the Lord offer incense and loaves to God, and therefore they shall be holy to their God, and shall not defile His name. Alleluia.

We beseech Thee, O Lord, mercifully grant to Thy Church the gifts of unity and peace, which are mystically shown forth in the offerings now made. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

As often as you shall eat this Bread and drink the Chalice, you shall show the death of the Lord until He come: therefore whosoever shall eat this Bread or drink the Chalice of the Lord unworthily, shall be guilty of the Body and Blood of the Lord. Alleluia.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, to be filled with the everlasting enjoyment of Thy divinity which is prefigured by the reception in this life of Thy precious Body and Blood: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

júvenum sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuérunt. Qui dixit illis: Nolíte expavéscere: Jesum quæritis Nazarénum, crucifixum: surréxit, non est hic, ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípulis ejus, et Petro, quia præcédit vos in Galilæam: ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis.

OFFERTORY Psalms 75: 9, 10

Terra trémuit et quiévit, dum resúrgeret in júdicio Deus, allelúja.

SECRET

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum: ut paschálibus initiáta mystériis, ad æternitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicétes:

COMMUNICANTES FOR EASTER

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes Resurrectiόνis Dómini nostri Jesu

rolled back. For it was very great. And entering into the sepulcher, they saw a young man sitting on the right side, clothed with a white robe, and they were astonished. Who saith to them: Be not affrighted; ye seek Jesus of Nazareth, who was crucified: He is risen. He is not here; behold the place where they laid Him. But go, tell His disciples, and Peter, that He goeth before you into Galilee: there you shall see Him, as He told you.

The earth trembled and was still when God arose in judgment. alleluia.

We beseech Thee, O Lord, accept the prayers of Thy people together with the Sacrifice they offer, that what has been begun by the Paschal Mysteries, by Thy working may profit us unto eternal healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all on this day more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping the most holy day of the Resurrection of our Lord Jesus Christ according to the flesh and

Christi secúndum carnem: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitricis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beati Joseph ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

HANC IGITUR FOR EASTER

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tríbuens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION 1 Corinthians 5: 7-8

Pascha nostrum immolátus est Christus, allelúja: itaque epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis, allelúja, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde: ut quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus

also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the Virgin, of the blessed Apostles and martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Spirit, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine Elect. Through the same Christ our Lord. Amen.

Christ our Pasch is immolated, alleluia: therefore let us feast with the unleavened bread of sincerity and truth, alleluia, alleluia, alleluia.

Pour forth upon us, O Lord, the spirit of Thy love, that, by Thy loving-kindness, thou mayest make to be of one mind those whom Thou hast satisfied with the Paschal Sacraments. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who

quantum isti, tantum ille: nec sumptus consúmitur.

Sumunt boni, sumunt mali sorte tamen inæquáli, vitæ vel intéritus. Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptiónis quam sit dispar éxitus.

Fracto demum sacraménto, ne vacilles, sed meménto, tantum esse sub fragménto, quantum toto tégitur. Nulla rei fit scissúra: signi tantum fit fractúra: qua nec status nec statúra signáti minúitur.

Ecce panis Angelórum, factus cibus viatórum: vere panis filiórum, non mitténdus cánibus. In figúris præsignátur, cum Isaac immolátur: agnus paschæ deputátur: datur manna pátribus.

Bone pastor, panis vere, Jesu, nostri miserére: tu nos pasce, nos tuére: tu nos bona fac vidére in terra vivéntium. Tu, qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortáles: tuos ibi commensáles, coherédes et sodáles fac sanctórum civium. Amen. Allelúja.

GOSPEL John 6: 56-59

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem, et bibit

receive, so much does the one receive; though eaten He is not diminished.

The good receive Him, the bad receive Him, but with what unequal consequences of life or death. It is death to the unworthy, life to the worthy: behold then of a like reception, how unlike may be the result!

When the Sacrament is broken, doubt not, but remember, that there is just as much hidden in a fragment, as there is in the whole. There is no division of the substance, only a breaking of the species takes place, by which neither the state nor stature of the substance signified is diminished.

Lo, the Bread of Angels is made the food of earthly pilgrims: truly it is the Bread of children, let it not be cast to dogs. It was prefigured in types: when Isaac was immolated, when the Paschal Lamb was sacrificed, when Manna was given to the fathers

O Good Shepherd, True Bread, O Jesus, have mercy on us: feed us and protect us: make us see good things in the land of the living. Thou who knowest all things and canst do all things, who here feedest us mortals, make us there be Thy guests, the co-heirs, and companions of the heavenly citizens. Amen. Alleluia.

At that time Jesus said to the multitudes of the Jews: My Flesh is meat indeed, and My Blood is drink indeed. He that eateth My Flesh, and

Laudis thema speciális,
panis vivus et vitális
hódie propónitur.
Quem in sacræ mensa cenæ
turbæ fratrum duodénæ
datum non ambígitur.

Sit laus plena, sit sonóra,
sit jucúnda, sit decóra
mentis jubilátio.
Dies enim solémnis ágitur,
in qua mensæ prima recólitur
hujus institútio.

In hac mensa novi Regis,
novum Pascha novæ legis
Phase vetus términat.
Vetustátem nóvitas,
umbram fugat véritas,
noctem lux elíminat.

Quod in cœna Christus gessit,
faciéndum hoc expréssit
in sui memóriam.
Docti sacris institútis,
panem, vinum in salútis
consecrámus hóstiam.

Dogma datur Christiánis,
quod in carnem transit panis
et vinum in sánguinem.
Quod non capis, quod non vides,
animosa firmat fides,
præter rerum órđinem.

Sub divérsis speciébus,
signis tantum, et non rebus,
latent res exímia.
Caro cibus, sanguis potus:
manet tamen Christus totus
sub utrâque specié.

A suménte non concísus,
non confráctus, non divísus:
ínteger accípitur.
Sumit unus, sumunt mille:

Today there is given us a special theme
of praise, the Bread both living and life-
giving, which, it is not to be doubted,
was given to the assembly of the
brethren, twelve in number, at the table
of the holy Supper.

Let our praise be full and sounding;
let the jublations of the soul be joyous
and becoming; for that solemn day is
now being celebrated, on which is
commemorated the first institution of
this table.

At this table of the new King, the new
Pasch of the New Law puts an end to
the ancient Pasch. The new supplants
the old, truth puts to flight the shadow,
day banishes night.

What Christ did at that Supper, the
same He commanded to be done in
remembrance of Him. Taught by His
sacred precepts, we consecrate bread
and wine into the Victim of salvation.

This is the dogma given to Christians,
that bread is changed into Flesh and
wine into Blood. What thou dost not
understand, what thou dost not see, a
lively faith confirms in a supernatural
manner.

Under different species in externals,
signs only, and not in reality, wondrous
substances lie hidden. Flesh is food,
Blood is drink: nevertheless Christ
remains entire under each species.

By the recipient the whole is received;
He is neither cut, broken, nor divided.
One receives Him; a thousand receive
Him: as much as the thousand

Sancti, Deus, per ómnia sæcula
sæculórum.

LOW SUNDAY
MASS *Quasi modo* (white)

INTROIT 1 Peter 2: 2

Quasi modo géniti infántes allelúja:
rationábiles, sine dolo lac concupíscite,
allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 80: 2)
Exsultáte Deo adjutóri nostro: jubiláte
Deo Jacob. Glória Patri et Fílio et
Spíritui Sancto, sicut erat in princípio,
et nunc, et semper, et in sæcula
sæculórum. Amen. Quasi modo géniti
infántes allelúja: rationábiles, sine dolo
lac concupíscite, allelúja, allelúja,
allelúja.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus:
ut, qui paschália festa perégimus; hæc
te largiénte, móribus et vita teneámus.
Per Dóminum nostrum Jesum
Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit
et regnat in unitáte Spíritus Sancti,
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 John 5: 4-10

Caríssimi: Omne, quod natum est ex
Deo, vincit mundum: et hæc est victória
quæ vincit mundum, fides nostra. Quis
est qui vincit mundum, nisi qui credit
quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est
qui venit per aquam et sánguinem,
Jesus Christus: non in aqua solum, sed
in aqua et ságuine. Et Spíritus est, qui
testificátur, quóniam Christus est
véritas. Quóniam tres sunt, qui
testimónium dant in cælo: Pater,
Verbum, et Spíritus Sanctus; et hi tres
unum sunt. Et tres sunt qui testimónium
dant in terra: Spíritus, et aqua, et
sanguis: et hi tres unum sunt. Si
testimónium hóminum accípimus,

lives and reigns with Thee in the unity
of the Holy Spirit, God, forever and
ever.

*(Also called "Divine Mercy" Sunday, or
the "Sunday in White," completes the
Octave of Easter.)*

As newborn babes, alleluia, desire the
rational milk without guile, alleluia,
alleluia, alleluia. (Ps. 80: 2) Rejoice to
God our helper: sing aloud to the God
of Jacob. Glory be to the Father, and
to the Son, and to the Holy Spirit, as it
was in the beginning, is now, and ever
shall be, world without end. Amen. As
newborn babes, alleluia, desire the
rational milk without guile, alleluia,
alleluia, alleluia.

Grant, we beseech Thee, Almighty
God, that we who have completed the
Easter holy days, may, through Thy
imparting, retain these effects in our
ways and our life. Through our Lord
Jesus Christ, Thy Son, Who lives and
reigns with Thee in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: Whatsoever is born of
God overcometh the world; and this is
the victory which overcometh the world,
our faith. Who is he that overcometh
the world, but he that believeth that
Jesus is the Son of God? This is He
that came by water and blood, Jesus
Christ; not by water only, but by water
and blood. And it is the Spirit which
testifieth that Christ is the truth. And
there are three who give testimony in
heaven: the Father, the Word, and the
Holy Spirit: and these three are one.
And there are three that give testimony
on earth: the Spirit, the water, and the
blood: and these three are one. If we

testimónium Dei majus est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est; quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

GREATER ALLELUIA Matthew 28: 7

Allelúja, allelúja. In die resurrectionis meæ, dicit Dóminus, præcedam vos in Galilæam. Allelúja. (John 20: 26) Post dies octo, jánuis clausis, stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dixit: Pax vobis. Allelúja.

GOSPEL John 20: 19-31

In illo témpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum: venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit: et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis: et quorum retinuéritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dicitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, iterum erant discípuli ejus intus; et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deínde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei: Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidísti

receive the testimony of men, the testimony of God is greater: for this is the testimony of God, which is greater, because He hath testified of His Son. He that believeth in the Son of God hath the testimony of God in himself.

Alleluia, alleluia. On the day of My resurrection, saith the Lord, I will go before you into Galilee. Alleluia. (John 20: 26) After eight days, the doors being shut, Jesus stood in the midst of His disciples, and said: Peace be with you. Alleluia.

At that time, when it was late that same day, the first of the week, and the doors were shut, where the disciples were gathered together for fear of the Jews, Jesus came, and stood in the midst and said to them: Peace be to you. And when He had said this, He showed them His hands and His side. The disciples therefore were glad, when they saw the Lord. He said therefore to them again: Peace be to you: as the Father hath sent Me, I also send you. When He had said this, He breathed on them, and He said to them, Receive ye the Holy Spirit: whose sins you shall forgive, they are forgiven them, and whose sins you shall retain, they are retained. Now Thomas, one of the twelve, who is called Didymus, was not with them when Jesus came. The other disciples therefore said to him: We have seen the Lord. But he said to them: "Except I shall see in His hands the print of the nails, and put my finger into the place of the nails, and put my hand into His side, I will not believe. And after eight days, again His disciples were within, and Thomas with them. Jesus cometh, the doors being shut, and stood in the midst, and said: Peace be to you. Then He saith to

quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens, fregit, et dixit: Accípite et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Similiter et cálicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo ságuine. Hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Ítaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et ságuinis Dómini. Probet autem seípsum homo: et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, júdicium sibi mandúcat et bibit: non dijúdicans corpus Dómini.

GRADUAL Psalms 144: 15-16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno. Áperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

LESSER ALLELUIA John 6: 56-57

Allelúja, allelúja. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui mandúcat meam carnem, et bibit meum ságuinem, in me manet, et ego in eo.

SEQUENCE

Lauda, Sion, Salvatórem, lauda ducem et pastórem in hymnis et cánticis. Quantum potes, tantum aude: quia major omni laude, nec laudáre súffícis.

that which also I delivered to you, that the Lord Jesus, the same night in which He was betrayed, took bread, and giving thanks, broke, and said: Take ye and eat, this is My Body which shall be delivered for you; this do for the commemoration of Me. In like manner also the chalice, after He had supped, saying: This chalice is the new testament in My Blood; this do ye, as often as you shall drink, for the commemoration of Me. For as often as you shall eat this bread and drink this chalice, you shall show the death of the Lord until He come.

Therefore whosoever shall eat this bread, or drink of the chalice of the Lord unworthily, shall be guilty of the Body and the Blood of the Lord. But let a man prove himself; and so let him eat of that bread, and drink of the chalice. For he that eateth and drinketh unworthily, eateth and drinketh judgment to himself, not discerning the Body of the Lord.

The eyes of all hope in Thee, O Lord, and Thou givest them meat in due season. Thou openest Thy hand, and fillest every living creature with Thy blessing.

Alleluia, alleluia. My Flesh is meat indeed, and My Blood is drink indeed: he that eateth My Flesh and drinketh My Blood, abideth in Me, and I in him.

(by St. Thomas Aquinas)
Praise, O Sion, thy Savior, praise thy Leader and thy Shepherd in hymns and canticles. As much as thou canst, so much darest thou, for He is above all praise, nor art thou able to praise Him enough.

Benedícimus Deum cæli, et coram ómnibus vivéntibus confitébimur ei: quia fecit nobiscum misericórdiam suam.

POSTCOMMUNION

Proficiat nobis ad salútem corpóris et ánimæ, Dómine Deus noster, hujus sacraménti suscéptio: et sempitérnæ sanctæ Trinitátis, ejusdémque indivíduæ unitátis conféssio. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

CORPUS CHRISTI

MASS *Cibávit eos* (white)

INTROIT Psalms 80: 17, 2

Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúja: et de petra, melle saturávit eos, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 80:2) Exsultáte Deo, adjutóri nostro: jubiláte Deo Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúja: et de petra, melle saturávit eos, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 11: 23-29

Fratres: Ego enim accépi a Dómino

We bless the God of heaven, and before all the living we will praise Him; because He has shown His mercy to us.

O Lord, our God, may the receiving of this Sacrament and the acknowledging of the holy and eternal Trinity and its undivided Unity profit us unto health of mind and body. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God forever and ever.

(This feast occurs on the Thursday after Trinity Sunday, but may be celebrated in some places on the following Sunday as an External Solemnity.)

He fed them with the best of wheat, alleluia; and filled them with honey from the rock, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 80:2) Sing joyfully to God our strength; acclaim the God of Jacob. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. He fed them with the best of wheat, alleluia; and filled them with honey from the rock, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who in this wonderful sacrament has left us a memorial of Thy passion: grant us, we beseech Thee, so to venerate the sacred mysteries of Thy Body and Blood, that we may ever perceive within us the fruit of Thy redemption. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I have received of the Lord,

me, Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt ut credátis quia Jesus est Christus Fílius Dei: et ut credétes, vitam habeátis in nómine ejus.

OFFERTORY Matthew 28: 2, 5-6

Ángelus Dómini descéndit de cælo, et dixit muliéribus: Quem quæritis, surrêxit sicut dixit, allelúja.

SECRET

Súscipe múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ: et cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicétes:

Thomas: Put in thy finger hither, and see My hands, and bring hither thy hand, and put it into My side; and be not faithless, but believing. Thomas answered, and said to him: My Lord and my God. Jesus saith to him: Because thou hast seen Me, Thomas, thou hast believed: blessed are they that have not seen and have believed. Many other signs also did Jesus in the sight of His disciples which are not written in this book. But these are written, that you may believe that Jesus is the Christ the Son of God; and that, believing, you may have life in His name.

An angel of the Lord descended from heaven, and said to the women: He whom you seek is risen as He said, alleluia.

Graciously receive, we beseech Thee, O Lord, the gifts of Thine exultant Church: and to whom Thou hast afforded cause for such joy, grant also the fruit of everlasting gladness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

COMMUNICANTES FOR EASTER

Communicantes, et diem
sacratissimum celebrantes
Resurrectiōnis Dómini nostri Jesu
Christi secúndum carnem: sed et
memóriam venerantes, in primis
gloriósæ semper Vírginis Maríæ,
Genetricis ejúsdem Dei et Dómini nostri
Jesu Christi: sed et beati Joseph
ejusdem Virginitatis Sponsi, et beatorum
Apostolorum ac Mártýrum tuorum, Petri
et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis,
Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi,
Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini,
Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii,
Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni,
Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et
ómnium Sanctórum tuorum; quorum
méritis, precibusque concédas, ut in
ómnibus protectiōnis tuæ muniámur
auxílio. Per eúmdem Christum
Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION John 20: 27

Mitte manum tuam, et cognosce loca
clavorum, allelúja: et noli esse
incrédulus, sed fidélis, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, Dómine Deus noster: ut
sacrosáncta mystéria, quæ pro
reparatiōnis nostræ munímine
contulísti; et præsens nobis remédium
esse fácias, et futúrum. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum, Fílium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spíritus Sancti, Deus, per ómnia
sæcula sæculórum.

SECOND SUNDAY AFTER EASTER

MASS *Misericórdia* (white)

INTROIT Psalms 32: 5, 6

Misericórdia Dómini plena est terra,
allelúja: verbo Dómini cæli firmati sunt.

Communicating, and keeping the most
holy day of the Resurrection of our Lord
Jesus Christ according to the flesh and
also reverencing the memory, first, of
the glorious Mary, ever Virgin, Mother
of the same our God and Lord Jesus
Christ: as also of blessed Joseph,
Spouse of the Virgin, of the blessed
Apostles and martyrs Peter and Paul,
Andrew, James, John, Thomas, James,
Philip, Bartholomew, Matthew, Simon
and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement,
Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence,
Chrysogonus, John and Paul, Cosmas
and Damian, and of all Thy Saints,
through whose merits and prayers,
grant that we may in all things be
defended by the help of Thy protection.
Through the same Christ our Lord.
Amen.

Put in thy hand, and know the place of
the nails, alleluia: and be not
incredulous, but believing, alleluia,
alleluia.

We beseech Thee, O Lord our God, to
make profitable to us, both in this world
and in that to come, the sacred
mysteries by Thee established for the
ensuring of our salvation. Through the
same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who
lives and reigns with Thee in the unity
of the Holy Spirit, God, forever and
ever.

The earth is full of the mercy of the
Lord, alleluia: by the word of the Lord

Dómini? Aut quis consiliárius ejus fuit?
Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei?
Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in
ipso sunt ómnia: ipsi glória in sæcula.
Amen.

GRADUAL Daniel 3: 55-56

Benedíctus es, Dómine, qui intuéris
abyssos, et sedes super Chérubim
Benédíctus es, Dómine, in firmaménto
cæli, et laudábilis in sæcula. Allelúja,
allelúja. (Dan. 3: 52) Benedíctus es,
Dómine, Deus patrem nostrórum, et
laudábilis in sæcula. Allelúja.

GOSPEL Matthew 28: 18-20

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis
suis: Data est mihi omnis potéstas in
cælo et in terra. Eúntes ergo docéte
omnes gentes, baptizantes eos in
nómine Patris, et Fílii, et Spíritus
Sancti: docétes eos serváre ómnia
quæcúmque mandávi vobis. Et ecce
ego vobíscum sum ómnibus diébus,
usque ad consummationem sæculi.

OFFERTORY Tobias 12: 6

Benedíctus sit Deus Pater,
unigenítusque Dei Fílius, Sanctus
quoque Spíritus: quia fecit nobíscum
misericórdiam suam.

SECRET

Sanctífica, quæsumus, Dómine Deus
noster, per tui sancti nóminis
invocatiōnem, hujus oblatiōnis hóstiam:
et per eam nosmetípsos tibi pérfice
munus ætérnum. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum, Fílium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spíritus Sancti, Deus, per ómnia
sæcula sæculórum.

COMMUNION Tobias 12: 6

ways! For who hath known the mind of
the Lord? Or who hath been His
counselor? Or who hath first given to
Him, and recompense shall be made
him? For of Him, and by Him, and in
Him, are all things: to Him be glory for
ever. Amen.

Blessed art Thou, O Lord, that
beholdest the depths and sittest above
the Cherubim. Blessed art Thou, O
Lord, in the firmament of heaven, and
worthy of praise for ever. Alleluia,
alleluia. (Dan. 3: 52) Blessed art
Thou, O Lord, the God of our fathers,
and worthy to be praised forever.
Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples,
All power is given to Me in heaven and
on earth. Go therefore, teach ye all
nations, baptizing them in the name of
the Father and of the Son and of the
Holy Spirit, teaching them to observe
all things whatsoever I have
commanded you. And behold I am with
you all days, even to the consummation
of the world.

Blessed be God the Father, and the
only-begotten Son of God, and also the
Holy Spirit; because He hath shown His
mercy to us.

Sanctify, we beseech Thee, O Lord, our
God, by the invocation of Thy holy
Name, the Sacrifice we offer, and by it
make of us an everlasting offering unto
Thee. Through our Lord Jesus Christ,
Thy Son, Who lives and reigns with
Thee in the unity of the Holy Spirit,
God, forever and ever.

POSTCOMMUNION

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsió: et sui roris íntima aspersione fœcúndet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

TRINITY SUNDAY

MASS *Benedicta sit* (white)

INTROIT Tobias 12: 6

Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. (Ps. 8: 2) Dómine Dóminus noster, quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra! Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessione veræ fidei, ætérnæ Trinitatis glóriam agnoscere, et in poténtia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejúsdem fidei firmitate, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 11: 33-36

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt júdicia ejus, et investigábiles viæ ejus! Quis enim cognóvit sensum

May the infusion of the Holy Spirit, O Lord, cleanse our hearts, and render them fruitful by the inward sprinkling of His dew. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

(The Mass "First Sunday after Pentecost" was replaced with this Mass by John XXII in the 14th century.)

Blessed be the Holy Trinity and undivided Unity: we will give glory to Him, because He hath shown His mercy to us. (Ps. 8: 2) O Lord, our Lord, how wonderful is Thy Name in all the earth! Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Blessed be the Holy Trinity and undivided Unity: we will give glory to Him, because He hath shown His mercy to us.

O almighty and everlasting God, who hast granted to Thy servants, in confessing the true Faith, to acknowledge the glory of the eternal Trinity, and in the power of Majesty to adore the Unity: we beseech Thee, that by steadfastness in the same Faith, we may ever be defended against all adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O the depths of the riches of the wisdom and of the knowledge of God! How incomprehensible are His judgments, and how unsearchable His

Allelúja, allelúja. (Ps. 32: 1) Exsultáte, justí, in Dómino: rectos decet collaudátio. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Misericórdia Dómini plena est terra, allelúja: verbo Dómini cæli firmáti sunt. Allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui in Fílii tui humilitate jacéntem mundum erexisti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut, quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 2: 21-25

Caríssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exéplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus: qui cum maledicerétur, non maledicébat, cum paterétur, non comminabátur: tradébat autem judicánti se injúste: qui peccáta nostra ipse pertulit in córpore suo super lignum: ut peccátis mórtui, justítiae vivámus: cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et episcopum animárum vestrárum.

GREATER ALLELUIA Luke 24: 35

Allelúja, allelúja. Cognovérunt discípuli Dóminum Jesum in fractióne panis. Allelúja. (John 10: 14) Ego sum pastor bonus; et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúja.

GOSPEL John 10: 11-16

Illo témpore: Dixit Jesus pharisæis:

were the heavens made, alleluia, alleluia. (Ps.32: 1) Rejoice in the Lord, O ye righteous: praise is comely for the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The earth is full of the mercy of the Lord, alleluia: by the word of the Lord were the heavens made, alleluia, alleluia.

O God, Who, by the humility of Thy Son didst lift up a fallen world, grant unending happiness to Thy faithful: that those whom Thou hast snatched from the perils of endless death, Thou mayest cause to rejoice in everlasting joys. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, Christ suffered for us, leaving you an example, that you should follow His steps who did no sin, neither was guile found in His mouth. Who when He was reviled, did not revile: when He suffered, He threatened not, but delivered Himself to him that judged Him unjustly: who His own self bore our sins in His body upon the tree: that we, being dead to sins, should live in justice; by whose stripes you were healed. For you were as sheep going stray: but you are now converted to the Shepherd and Bishop of your souls.

Alleluia, alleluia. The disciples knew the Lord Jesus in the breaking of bread. Alleluia. (John 10: 14) I am the good Shepherd: and I know My sheep, and mine know Me. Alleluia.

At that time Jesus said to the

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispergit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor.

OFFERTORY Psalm 62: 2, 5

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: et in nomine tuo levabo manus meas, alleluja.

SECRET

Benedictionem nobis, Domine, conferat salutarem sacra semper oblatio: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, Te quidem, Domine, omni tempore, sed in hoc potissimum, gloriosius predicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ cānimus sine fine dicentes:

Pharisees: I am the good Shepherd. The good Shepherd giveth his life for his sheep. But the hireling, and he that is not the shepherd, whose own the sheep are not, seeth the wolf coming and leaveth the sheep and flieth: and the wolf catcheth and scattereth the sheep: and the hireling flieth, because he is a hireling, and he hath no care for the sheep. I am the good Shepherd: and I know Mine, and Mine know Me, as the Father knoweth Me, and I know the Father: and I lay down My life for My sheep. And other sheep I have that are not of this fold: them also I must bring, and they shall hear My voice, and there shall be one fold and one shepherd.

O God, my God, to Thee do I watch at break of day: and in Thy Name I will lift up my hands, alleluia.

May this holy offering, O Lord, always bring to us Thy healing blessing: that what it represents in a mystery, it may accomplish with power. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory,

COMMUNICANTES FOR PENTECOST

Communicantes, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, quo Spiritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis apparuit: sed et memóriam venerantes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apóstolorum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

HANC IGITUR FOR PENTECOST

Hanc igitur oblationem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tríbuens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION Acts 2: 2, 4

Factus est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, alleluja: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, alleluja, alleluja.

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Spirit appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the Virgin, of the blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Spirit, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

Suddenly there came a sound from heaven, as of a mighty wind coming where they were sitting, alleluia: and they were all filled with the Holy Spirit, speaking the wonderful works of God, alleluia, alleluia.

cor vestrum, neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis: Vado et vénio ad vos. Si diligiterétis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsqvam fiat: ut cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscet mundus quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio.

OFFERTORY Psalms 67: 29, 30

Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerúsalem, tibi ófferent reges múnera, allelúja.

SECRET

Múnera, quæsumus, Dómíne, oblata sanctífica: et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR PENTECOST

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad dexteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérna die) in filios adoptiúnis effúdit. Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

give unto you. Let not your heart be troubled, nor let it be afraid. You have heard that I said to you: I go away, and I come unto you. If you loved Me, you would indeed be glad, because I go to the Father: for the Father is greater than I. And now I have told you before it come to pass: that when it shall come to pass you may believe. I will not now speak many things with you. For the prince of this world cometh, and in Me he hath not any thing. But that the world may know that I love the Father, and as the Father hath given Me commandment, so do I.

Confirm, O God, what Thou hast wrought in us; from Thy temple, which is in Jerusalem, kings shall offer presents to Thee, alleluia.

Sanctify, O Lord, we beseech Thee, the gifts offered up to Thee and cleanse our hearts by the light of the Holy Spirit. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly Hosts also and the angelic Powers sing together the hymn of Thy glory, evermore saying:

COMMUNION John 10: 14

Ego sum pastor bonus, allelúja: et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ. allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens Deus, ut vivificatiónis tuæ grátiam consequétes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

THIRD SUNDAY AFTER EASTER

MASS Jubiláte Deo (white)

INTROIT Psalms 65: 1-2

Jubiláte Deo, omnis terra, allelúja: psalmum dícite nómini ejus, allelúja, date glóriam laudi ejus, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 65: 3) Dícite Deo, quam terríbilía sunt ópera tua, Dómine! in multítudine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Jubiláte Deo, omnis terra, allelúja: psalmum dícite nómini ejus, allelúja, date glóriam laudi ejus, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui christiána professiône censéntur, et illa respúere quæ huic inimíca spurnè sunt nómini; et ea quæ sunt apta sectári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per

evermore saying:

I am the good Shepherd, alleluia: and I know My sheep, and mine know Me, alleluia, alleluia.

Grant unto us, we beseech Thee, almighty God, that having received the grace of a new life, we may ever glory in Thy gift. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Shout with joy to God, all the earth, alleluia: sing ye a psalm to His Name, alleluia: give glory to His praise, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 65: 3) Say unto God: How terrible are Thy works, O Lord! In the multitude of Thy strength Thine enemies shall lie to Thee. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Shout with joy to God, all the earth, alleluia: sing ye a psalm to His Name, alleluia: give glory to His praise, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, who to those that go astray dost show the light of Thy truth, that they may return to the path of justice: grant that all who are enrolled in the Christian faith, may both reject all that is hostile to that name, and follow after what is fitting to it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy

omnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 2: 11-19

Caríssimí, Óbsecro vos tamquam ádvenas, et peregrínos abstínere vos a carnálibus desidériis, quæ mílitant advérsus ánimam, conversatiónem vestram inter gentes habéntes bonam: ut in eo, quod detréctant de vobis tamquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, glorificent Deum in die visitatiónis. Subjécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum: sive regí, quasi præcellénti: sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum: quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudéntium hómínium ignorántiam: quasi líberi, et non quasi velámen habéntes malítiæ libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dilígite: Deum timéte: regem honorificáte. Servi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantum bonis et modéstis, sed etiam dyscolis. Hæc est ením grátia: in Christo Jesu Dómino nostro.

GREATER ALLELUIA Psalms 110: 9

Allelúja, allelúja. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúja. (Luke 24: 46) Oportébat pati Christum, et resúrgere a mórtuís: et ita intráre in glóriam suam. Allelúja.

GOSPEL John 16: 16-22

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Módicum, et jam non vidébitis me, et íterum módicum, et vidébitis me: quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discíplis ejus ad ínvicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Módicum, et non vidébitis me: et íterum modicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem? Dicébant ergo: Quid est hoc, quod dicit,

Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I beseech you, as strangers and pilgrims, to refrain yourselves from carnal desires, which war against the soul, having your conversation good among the Gentiles: that whereas they speak against you as evil-doers, they may, by the good works which they shall behold in you, glorify God in the day of visitation. Be ye subject therefore to every human creature for God's sake: whether it be to the king as excelling, or to governors as sent by him for the punishment of evil-doers and for the praise of the good: for so is the will of God, that by doing well you may put to silence the ignorance of foolish men: as free, and not as making liberty a cloak for malice, but as the servants of God. Honor all men: love the brotherhood: fear God: honor the king. Servants, be subject to your masters with all fear, not only to the good and gentle, but also to the froward. For this is thankworthy before God: in Christ Jesus our Lord.

Alleluia, alleluia. The Lord hath sent redemption to His people. Alleluia. (Luke 24: 46) It behooved Christ to suffer and to rise again from the dead, and so to enter into His glory. Alleluia.

At that time. Jesus said to His disciples: A little while, and now you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me: because I go to the Father. Then some of His disciples said one to another: What is this that He saith to us: A little while, and you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me: because I go to the

Veni pater páuperum,
Veni dator múnerum,
Veni lumen córdium.
Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérium.
In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solátium.
O lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.
Sine tuo númine,
Nihil est in hómine,
Nihil est innóxiúm.
Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est saucium.
Flecte quod est rígídum,
Fove quod est frígídum,
Rege quod est dévium.
Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus,
Sacrum septenárium.
Da virtútis méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium.
Amen. Allelúja.

GOSPEL John 14: 23-31

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díligit eum, et ad eum veniémus, at mansiónem apud eum faciémus: qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónem quem audístis, non est meus: sed ejus qui misit me, Patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, et suggeret vobis ómnia quæcúmquæ dixero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem Meam do vobis. Non quómodo mundus dat ego do vobis. Non turbétur

Come, Thou Father of the poor,
Come, Thou source of all our store,
Come, within our bosoms shine,
Thou of Comforters the best,
Thou the soul's delightful guest,
Sweet refreshment here below.
In our labor rest most sweet,
Pleasant coolness in the heat,
Solace in the midst of woe.
O most blessed Light divine,
Shine within these hearts of Thine,
And our inmost being fill.
Where Thou art not, man hath nought,
Nothing good in deed or thought,
Nothing free from taint of ill.
Heal our wounds, our strength renew,
On our dryness pour Thy dew,
Wash the stains of guilt away.
Bend the stubborn heart and will,
Melt the frozen, warm the chill,
Guide the steps that go astray.
On Thy faithful who adore,
And confess Thee evermore,
In Thy sevenfold gifts descend.
Give them virtue's sure reward,
Give them Thy salvation, Lord,
Give them joys that never end.
Amen. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples, If any one love Me, he will keep My word, and My Father will love him, and We will come to him and will make Our abode in him: he that loveth Me not, keepeth not My words. And the word which you have heard is not Mine: but the Father's Who sent Me. These things have I spoken to you, abiding with you. But the Paraclete, the Holy Spirit, Whom the Father will send in My Name, He will teach you all things, and bring all things to your mind, whatsoever I shall have said to you. Peace I leave with you, My peace I give unto you: not as the world giveth, do I

erant omnes discipuli páriter in eódem loco: et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spírítus veheméntis: et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunť illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, seditque supra síngulos eorum: et repléti sunt omnes Spírítu Sancto, et cœpérunt loqui váriis línguis, prout Spírítus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúsalem habitántes Judæi, viri religiósi ex omni natióne, qua sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est, quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes. Stupébant autem omnes, et mirabántur, dicéntes: Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galílæi sunt? Et quomodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi et Medi, et Ælamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Judæam et Cappadóciam, Pontum, et Ásiam, Phrygiam et Pamphýliam, Ægýptum, et partes Líbyæ, quæ est circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Judæi, quoque, et Prosélyti, Cretes et Árabes: audívimus eos loquéntes nostris línguis magnália Dei.

GREATER ALLELUIA

Psalms 103: 30

Allelúja, allelúja. Emítte Spiritum tuum, et creabúntur, et renovabis faciem terræ. Allelúja.

(Here all kneel)

Veni, sancte Spírítus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde.

SEQUENCE

Veni, sancte Spírítus,
Et emítte cælitus
Lucis tuæ rádiu.

accomplished, they were all together in one place; and suddenly there came a sound from heaven, as of a mighty wind coming, and it filled the whole house where they were sitting. And there appeared to them parted tongues as it were of fire, and it sat upon every one of them; and they were all filled with the Holy Spirit, and they began to speak with divers tongues, according as the Holy Spirit gave them to speak. Now there were dwelling at Jerusalem Jews, devout men, out of every nation under heaven, And when this was noised abroad, the multitude came together, and were confounded in mind, because that every man heard them speak in his own tongue. And they were all amazed, and wondered, saying: Behold, are not all these that speak Galileans? And how have we heard every one of our own tongues wherein we were born? Parthians and Medes, and Elamites, and inhabitants of Mesopotamia, Judea and Cappadocia, Pontus and Asia, Phrygia, and Pamphylia, Egypt, and the parts of Lybia about Cyrene, and strangers of Rome, Jews also, and Proselytes, Cretes, and Arabians: we have heard them speak in our own tongues the wonderful works of God.

Alleluia, alleluia. Send forth Thy Spirit, and they shall be created, and Thou shalt renew the face of the earth.

Alleluia.

(Here all kneel)

Come, O Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

Come Thou Holy Spirit, come,
And from Thy celestial home
Shed a ray of light divine.

Módicum? nescímus quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Módicum, et non vidébitis me: et iterum módicum, et vidébitis me? Amen, amen dico vobis: quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit: vos autem contristabímmini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora ejus: cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúræ propter gáudium: quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis, iterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

OFFERTORY Psalms 145: 2

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quámdiu ero, allelúja.

SECRET

His nobis, Dómine, mystériis conferátur, quo terréna desidéria mitigántes, discámus amáre cælestia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum

Father? They said therefore: What is this that He saith, A little while? We know not what He speaketh. And Jesus knew that they had a mind to ask Him. And He said to them: Of this do you inquire among yourselves, because I said: A little while, and you shall not see Me: and again a little while, and you shall see Me? Amen, amen, I say to you, that you shall lament and weep, but the world shall rejoice: and you shall be made sorrowful, but your sorrow shall be turned into joy. A woman, when she is in labor, hath sorrow, because her hour is come: but when she hath brought forth the child, she remembereth no more the anguish for joy that a man is born into the world. So also you now indeed have sorrow: but I will see you again and your heart shall rejoice: and your joy no man shall take from you.

Praise the Lord, O my soul: while I live will I praise the Lord: I will sing praises unto my God while I have being, alleluia.

Grant, O Lord, by these mysteries, that checking our earthly longings, we may learn to love heavenly things. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And

Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION John 16: 16

Módicum, et non vidébitis me, allelúja: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, Allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Sacraménta quæ sumpsimus, quæsumus, Dómine: et spirituálibus nos instáurent aliméntis, et corporálibus tueántur auxiliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

FOURTH SUNDAY AFTER EASTER

MASS Cantáte, Dómino (white)

INTROIT Psalms 97: 1-2

Cantáte Dómino cánticum novum, allelúja: quia mirabília fecit Dóminus, allelúja: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam. Allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 97: 1) Salvábit sibi dextera ejus: et bráchium sanctum ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cantáte Domino cánticum novum, allelúja: quia mirabília fecit Dóminus, allelúja: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam. Allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis; ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt

therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

A little while and you shall not see Me, alleluia, and again a little while and you shall see Me, because I go to the Father, alleluia, alleluia.

May the Sacraments which we have received, we beseech Thee, O Lord, renew us with spiritual refreshment and defend us with bodily help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Sing ye to the Lord a new canticle, alleluia, for the Lord hath done wonderful things, alleluia; He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 97: 1) His right hand, and His holy arm, hath gotten Him the victory. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Sing ye to the Lord a new canticle, alleluia, for the Lord hath done wonderful things, alleluia; He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who makest the faithful to be of one mind and will: grant to Thy people to love that which Thou dost command and to desire that which Thou dost promise, that amid the changes of the

allelúja: nunc autem ad te vénio: non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Repléti, Dómine, munéribus sacris: da, quæsumus; ut in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PENTECOST

MASS Spiritus Domini (red)

INTROIT Wisdom 1: 7

Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 67: 2) Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 2: 1-11

Cum compleréntur dies Pentecóstes,

but now I come to Thee; I pray not that Thou shouldst take them out of the world, but that Thou shouldst keep them from evil, alleluia, alleluia.

As we have been filled with heavenly gifts, O Lord, grant, we beseech Thee, that we may constantly persevere in thanksgiving. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(This feast has its own octave which concludes with Trinity Sunday. All the days of the octave are of first class.)

The Spirit of the Lord hath filled the whole world, alleluia; and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 67: 2) Let God arise, and let His enemies be scattered: and let them that hate Him flee from before His face. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Spirit of the Lord hath filled the whole world, alleluia; and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who on this day didst teach the hearts of Thy faithful by the light of the Holy Spirit: grant unto us, by the same Spirit, to be wise in what is right, and ever to rejoice in His consolation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

When the days of the Pentecost were

sæcula sæculórum.

PREFACE FOR THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectiónem suam ómnibus discíplis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR THE ASCENSION

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo Dóminus noster, unigénitus Fílius tuus, unitam sibi fragilitátis nostræ substántiam, in glóriæ tuæ dèxtera collocávit: sed et memóriam venerántes, in primis glorióusæ semper Vírginis Maríæ, Genetrícis eúsdem Dei et Dómini Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiósibus tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION John 17: 12-13, 15

Pater, cum essem cum eis, ego servábam eos, quos dedísti mihi,

and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping the most holy day on which Thine only-begotten Son, our Lord, set at the right hand of Thy glory the substance of our, frail human nature, which He had taken to Himself and also reverencing the memory, first, of the glorious, ever Virgin Mary, Mother of the same Lord and God, Jesus Christ: as also of blessed Joseph, spouse of the Virgin, of the blessed apostles and martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon, and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

Father, while I was with them, I kept them whom Thou gavest Me, alleluia;

gáudia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE James 1: 17-21

Caríssimi, omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus infítium áliquod creatúræ ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum et tardus ad iram. Ira enim viri justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malítiæ, in mansuetúidine suscipite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.

GREATER ALLELUIA

Psalms 117: 16

Allelúja, allelúja. Dèxtera Dómini fecit virtútem: dèxtera Dómini exaltávit me. Allelúja. (Romans 6: 9) Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur: mors illi ultra non dominábitur. Allelúja.

GOSPEL John 16: 5-14

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Vado ad eum qui misit me: et nemo ex vobis intérogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos: si autem abíero, mittam eum ad vos. Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício. De peccáto

world, our hearts may there be fixed where true joys are to be found. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, every best gift and every perfect gift is from above, coming down from the Father of lights, with whom there is no change nor shadow of alteration; for of His own will hath he begotten us by the word of truth, that we might be some beginning of His creatures. You know, my dearest brethren. And let every man be swift to hear but slow to speak and slow to anger. For the anger of a man worketh not the justice of God. Wherefore, casting away all uncleanness and abundance of malice, with meekness receive the ingrafted word, which is able to save your souls.

Alleluia, alleluia. The right hand of the Lord hath wrought strength, the right hand of the Lord hath exalted me. Alleluia. (Romans 6: 9) Christ, rising again from the dead, dieth now no more: death shall no more have dominion over him. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: I go to Him that sent Me: and none of you asketh Me: Whither goest Thou? But because I have spoken these things to you, sorrow hath filled your heart. But I tell you the truth: it is expedient to you that I go: for if I go not, the Paraclete will not come to you: but if I go, I will send Him to you. And when He is come, He will convince the world of sin, and of justice and of

quidem, quia non crediderunt in me: de justitia vero, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps hujus mundi jam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso: sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit vobis: Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.

OFFERTORY Psalms 65: 1-2, 16

Jubilate Deo universa terra, psalmum dicite nomini ejus: venite et audite, et narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animae meae, alleluia.

SECRET

Deus, qui nos per hujus sacrificii veneranda commercia, unius summam divinitatis participes effecisti: praesta, quaesumus: ut, sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, te quidem, Domine, omni tempore, sed in hac potissimum die, gloriosius praedicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia

judgment. Of sin, because they believed not in Me: of justice, because I go to the Father, and you shall see Me no longer: of judgment, because the prince of this world is already judged. I have yet many things to say to you; but you cannot bear them now. But when He, the Spirit of truth, is come, He will teach you all truth. For He shall not speak of Himself: but what things soever He shall hear He shall speak, and the things that are to come, He shall show you. He shall glorify Me: because He shall receive of Mine and shall show it to you.

Shout with joy to God, all the earth, sing ye a psalm to His Name: come and hear, and I will tell you, all ye that fear God, what great things the Lord hath done for my soul, alleluia.

O God, Who by the holy intercourse of this Sacrifice dost make us partakers of the One Supreme Godhead: grant, we beseech Thee, that as we know Thy truth, so we may follow it by worthy lives. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and

alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum nostrum.

GREATER ALLELUIA Psalms 46: 9

Alleluja, alleluja. Regnavit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Alleluja. (John 14: 18) Non vos relinquam orphanos: vado, et venio ad vos, et gaudet cor vestrum. Alleluja.

GOSPEL John 15: 26-27; 16: 1-4

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obssequium se praestare Deo. Et haec facient vobis, quia non novērunt Patrem, neque me. Sed haec locutus sum vobis: ut, cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.

OFFERTORY Psalm 46: 6

Ascendit Deus in jubilatione: et Dominus in voce tubae, alleluja.

SECRET

Sacrificia nos, Domine, immaculata purificent: et mentibus nostris supernae gratiae dent vigorem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia

ministering the same one to another; as good stewards of the manifold grace of God. If any man speak, let him speak as the words of God. If any man minister, let him do it as of the power which God administereth; that in all things God may be honored through Jesus Christ, our Lord.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned over all the nations; God sitteth on His holy throne. Alleluia. (John 14: 18) I will not leave you orphanos: I go and I come to you, and your heart shall rejoice. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: When the Paraclete cometh, Whom I will send you from the Father, the Spirit of truth, Who proceedeth from the Father, He shall give testimony of Me: and you shall give testimony, because you are with Me from the beginning. These things have I spoken to you, that you may not be scandalized. They will put you out of the synagogues: yea, the hour cometh, that whosoever killeth you will think that he doth a service to God. And these things will they do to you, because they have not known the Father, nor Me. But these things I have told you, that, when the hour shall come, you may remember that I told you.

God is ascended with a shout, and the Lord with the sound of a trumpet. Alleluia.

May this spotless sacrifice, O Lord, purify our souls, and imbue us with the strength of grace from on high. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever

et miséricors Deus: ut, quæ visibilibus mystériis suménda percépiamus, invisibili consequámur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

SUNDAY AFTER THE ASCENSION

MASS *Exáudi, Dómine* (white)

INTROIT Psalms 26: 7-9

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúja: tibi dixit cor meum, quæsvi vultum tuum; vultum tuum, Dómine, requíram: ne avérstas fáciem tuam a me, allelúja, allelúja. (Ps. 26: 1) Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timébo? Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúja: tibi dixit cor meum, quæsvi vultum tuum; vultum tuum, Dómine, requíram: ne avérstas fáciem tuam a me, allelúja, allelúja.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus: fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem; et majestáti tuæ síncéro corde servíre Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 4: 7-11

Caríssimi: Estóte prudéntes, et vigiláte in oratió nibus. Ante omnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes: quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum. Hospitáles ínvicem sine murmuratióne: unusquísque, sicut accépit grátiam, in

almighty and merciful God, that we may obtain the invisible effects of that which we have shared by communion in visible mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee, alleluia. My heart hath said to Thee, I have sought Thy face, Thy face, O Lord, I will seek: turn not away Thy face from me, alleluia, alleluia. (Ps. 26: 1) The Lord is my light, and my salvation: whom shall I fear? Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee, alleluia. My heart hath said to Thee, I have sought Thy face, Thy face, O Lord, I will seek: turn not away Thy face from me, alleluia, alleluia.

Almighty and everlasting God, make us ever bear a devout affection toward Thee, and with a sincere heart to serve Thy majesty. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be prudent, and watch in prayers. But before all things have a constant mutual charity among yourselves; for charity covereth a multitude of sins. Using hospitality one toward another, without murmuring: as every man hath received grace, in

cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION John 16: 8

Cum vénerit Paráclitus Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Adésto nobis, Dómine Deus noster, ut per hæc, quæ fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

FIFTH SUNDAY AFTER EASTER

MASS *Vocem* (white)

INTROIT Isaiah 48: 20

Vocem jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, alleluia, allelúia. (Ps. 65: 1-2) Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudi ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Vocem jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, alleluia, allelúia.

COLLECT

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, eádem faciámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in

Dominationis, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

When the Paraclete, the Spirit of truth, is come, He will convince the world of sin, and of justice, and of judgment, alleluia, alleluia.

Be present with us, O Lord, our God, that by means of these things which we have received in faith, we may be cleansed from our sins and also delivered from all dangers. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia. (Ps. 65: 1-2) Shout with joy to God, all the earth, sing ye a psalm to His name: give glory to His praise. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia.

O God, from Whom all good things do come, grant unto us, Thy suppliant people, that by Thine inspiration, we may think what is right, and under Thy guidance perform the same. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who

unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculórum.

EPISTLE James 1: 22-27

Carissimi: Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum: falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánserit in ea, non auditor obliuósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósus esse, non refrænans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est: Visitare pupillos et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Surrexit Christus, et illúxit nobis, quos redémit ságuine suo. Allelúja. (John 16: 28) Exívi a Patre, et veni in mundum; íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúja.

GOSPEL John 16: 23-30

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petiérítis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo: Péttite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis: et non dico vobis quia ego rogábo Patrem de vobis: ipse

lives and reign with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be ye doers of the word and not hearers only, deceiving your own selves, For if a man be a hearer of the word and not a doer, he shall be compared to a man beholding his own countenance in a glass: for he beheld himself and went his way, and presently forgot what manner of man he was. But he that hath looked into the perfect law of liberty and hath continued therein, not becoming a forgetful hearer but a doer of the work: this man shall be blessed in his deed. And if any man think himself to be religious, not bridling his tongue but deceiving his own heart, this man's religion is vain. Religion clean and undefiled before God and the Father is this: To visit the fatherless and widows in their tribulation, and to keep one's self unspotted from this world.

Alleluia, alleluia. Christ is risen, and hath shone upon us, whom He redeemed with His Blood. Alleluia. (John 16: 28) I came forth from the Father, and am come into the world: again I leave the world and I go to the Father. Alleluia.

At that time Jesus saith to His disciples: Amen, amen, I say to you: if you ask the Father any thing in My name, He will give it to you. Hitherto you have not asked any thing in my name: Ask, and you shall receive, that your joy may be full. These things I have spoken to you in proverbs. The hour cometh when I will no more speak to you in proverbs, but I will show you plainly of the Father. In that day you shall ask in My name; and I say not to

salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrecciónem suam ómnibus discíplulis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR THE ASCENSION

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo Dóminus noster, unigénitus Fílius tuus, unítam sibi fragilitátis nostræ substántiam, in glóriæ tuæ dèxtera collocávit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genetrícis eúsdem Dei et Dómini Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Máryrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúque concédas, ut in ómnibus protectionis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION Psalms 67: 33-34

Psállite Dómino, qui ascéndit super cælos cælórum ad Oriéntem, allelúja.

POSTCOMMUNION

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens

our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping the most holy day on which Thine only-begotten Son, our Lord, set at the right hand of Thy glory the substance of our, frail human nature, which He had taken to Himself and also reverencing the memory, first, of the glorious, ever Virgin Mary, Mother of the same Lord and God, Jesus Christ: as also of blessed Joseph, spouse of the Virgin, of the blessed apostles and martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon, and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

Sing ye to the Lord, Who mounteth above the Heaven of heavens to the East, alleluia.

Grant to us, we beseech Thee:

Sina in sancto, ascēdens in altum, captivam duxit captivitatem. Allelúja.

GOSPEL Mark 16: 14-20

In illo tēpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitatem eórum et durítiam cordis: quía iis, qui víderant eum resurrexísse, non crediderunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit et baptizátus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur: In nómini meo dæmónia ejicient: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent et si mortíferum quid biberint, non eis nocébit: super ægros manus ímpónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubique, Dómino cooperánte, et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

OFFERTORY Psalms 46: 6

Ascendit Deus in jubiliatióne: et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

SECRET

Súscipe, Dómine, múnera, quæ pro Fílii tui gloriósa Ascensióne deférimus: et concéde propítius; ut a præsentibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus ætérnam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et

Lord is in Sinai, in the holy place; ascending on high He hath led captivity captive. Alleluia.

At that time Jesus appeared to the eleven as they were at table: and He upbraided them with their incredulity and hardness of heart, because they did not believe them who had seen Him after He was risen again. And He said to them: Go ye into the whole world and preach the Gospel to every creature. He that believeth and is baptized shall be saved: but he that believeth not shall be condemned. And these signs shall follow them that believe: In My name they shall cast out devils; they shall speak with new tongues; they shall take up serpents and if they shall drink any deadly thing, it shall not hurt them; they shall lay their hands upon the sick, and they shall recover. And the Lord Jesus, after He had spoken to them, was taken up into heaven and sitteth on the right hand of God. But they going forth preached everywhere, the Lord working withal, and confirming the word with signs that followed.

God is ascended with a shout, and the Lord with the sound of a trumpet. Alleluia.

Receive, O Lord: the gifts we offer up to Thee, for the glorious Ascension of Thy Son: and mercifully grant that we may be freed from present perils and attain unto everlasting life. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for

enim Pater amat vos, quia me amástis, et credidístis quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus: Ecce nunc palam loquéris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, et non opus est tibi ut quis te intéroget: in hoc crédimus quia a Deo exísti.

OFFERTORY Psalms 65: 8, 9, 26

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecatiónem meam, et misericórdiam suam a me, alleluia.

SECRET

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: ut per hæc piæ devotiónis officia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni tēpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

you that I will ask the Father for you: for the Father Himself loveth you, because you have loved Me and have believed that I came out from God. I came forth from the Father and am come into the world; again I leave the world and I go to the Father. His disciples say to Him: Behold, now Thou speakest plainly and speakest no proverb. Now we know that Thou knowest all things and Thou needest not that any man should ask of Thee: by this we believe that Thou camest forth from God.

O bless the Lord our God, ye peoples, and make the voice of His praise to be heard: Who hath set my soul to live, and hath not suffered my feet to be moved. Blessed be the Lord, who hath not turned away my prayer, nor His mercy from me, alleluia.

Accept, O Lord, the prayers of Thy faithful, together with the gifts they offer: that by these offices of loving devotion we may enter into heavenly glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory,

COMMUNION Psalms 95: 2

Cantáte Dómino, allelúja: cantáte Dómino, et benedicíte nomen ejus: bene nuntiáte de die in diem salutáre ejus, alleluja,allelúja.

POSTCOMMUNION

Tríbie nobis, Dómine, cæléstis mensæ virtúte satiátis: et desideráre quæ recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

ASCENSION OF OUR LORD

MASS *Viri Galilæi* (white)

INTROIT Acts 1: 11

Viri Galilæi, quid admirámini, aspiciéntes in cælum? allelúja: quem ádmodum vidístis eum ascendéntem in cælum, ita véniet. allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 46: 2) Omnes gentes pláudite mánibus; jubiláte Deo in voce exsultatiónis. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Viri Galilæi, quid admirámini, aspiciéntes in cælum? allelúja: quem ádmodum vidístis eum ascendéntem in cælum, ita véniet. allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

evermore saying:

Sing unto the Lord, alleluia; sing unto the Lord, and bless His name; show forth His salvation from day to day, alleluia, alleluia.

Grant to us, O Lord, that filled with strength from this heavenly table, we may both desire what is right, and obtain that which we desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Ascension Thursday marks the 40th day after the Resurrection. After the Gospel, the Paschal candle is extinguished.)

Ye men of Galilee, why wonder you, looking up to Heaven? Alleluia. He shall so come as you have seen Him going up into Heaven, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 46: 2) O clap your hands, all ye nations shout unto God, with the voice of exultation. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Ye men of Galilee, why wonder you, looking up to Heaven? Alleluia. He shall so come as you have seen Him going up into Heaven, alleluia, alleluia, alleluia.

Grant, we beseech Thee, almighty God: that we, who believe Thine only-begotten Son, our Redeemer, to have ascended on this day into heaven, may also ourselves dwell in mind amid heavenly things. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and

EPISTLE Acts 1: 1-11

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere et docére usque in diem, qua, præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúptus est: quibus et præbuit seípsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcépit eis, ab Jerosólymis ne discéderent, sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum: quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies. Ígitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes: Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Jerúsalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad últimum terræ. Et cum hæc dixisset, vidéntibus illis, elevátus est: et nubes suscepit eum ab óculis eórum. Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri adstitérunt juxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt: Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

GREATER ALLELUIA Psalms 46: 6

Allelúja, allelúja. Ascéndit Deus in jubilatióne, et Dóminus in voce tubæ. Allelúja. (Ps. 67: 18, 19) Dómínus in

ever.

The former treatise I made, O Theophilus, of all things which Jesus began to do and to teach, until the day on which, giving commandments by the Holy Spirit to the Apostles whom He had chosen, He was taken up: to whom also He showed Himself alive after His Passion by many proofs, for forty days appearing to them and speaking of the Kingdom of God. And eating together with them, He commanded them that they should not depart from Jerusalem, but should wait for the promise of the Father, which you have heard (saith He), by My mouth; for John indeed baptized with water, but you shall be baptized with the Holy Spirit not many days hence. They therefore who were come together asked Him, saying: Lord, wilt Thou at this time restore again the kingdom of Israel? But He said to them: It is not for you to know the times or moments which the Father hath put in His own power: but you shall receive the power of the Holy Spirit coming upon you, and you shall be witnesses unto me in Jerusalem, and in all Judea and Samaria, and even to the uttermost part of the earth. And when He had said these things, while they looked on, He was raised up: and a cloud received Him out of their sight. And while they were beholding Him going up to heaven, behold two men stood by them in white garments, who also said: Ye men of Galilee, why stand you looking up to heaven? This Jesus, who is taken up from you into heaven, shall so come as you have seen Him going into heaven.

Alleluia, alleluia. God is ascended with a shout, and the Lord with the sound of a trumpet. Alleluia. (Ps. 67: 18, 19) The